




VIII
S. BERNARDI
OPUSCULA
6
K 7
6
VENETIIS
1495












IX
6

Opuscula diui bernardi abbatis clareuallensis





¶Philothei monachi: De uita & moribus Diui Bernardi abbatis Clareuallis: cõgregationis Cisterciensis: ex ordine Beatissimi patris Benedicti Carmen encomiasticon.

Nclyta dum tenui molimur gesta susurro.
i Dicere meoniis emodulanda sonis:
Quid nisi trinacrios reuocar̃ ad littora Fluctus
Nitimur: & modicis ĩposuisse cadis?
Scilicet ipse rudes necdũ formare loquelas
Doctus & agresti concrepuisse lyra.
Principis etherei titulos: qui laudibus oẽm
Excessere modũ: sacraq; gesta canã?
Quis ferat exili Codrũ temerasse camœna
Acta. Sophocleo condecoranda sono?
Nõ secus ac phœbo si ꝑsequar addere lumen
Hinc atq; hinc sannæ Rhinocerotis erunt.
Nos igitur Bernarde tuas mihi promere laudes
Fas erit: & tremula concinuisse chely.
Candida laurigeri referant tibi carmina uates:
Non inopes aĩum corda precesq; damus.
Talia iã positis agitarã mente tabellis
Arguerãtq; aĩos crimina nostra leues.
Cũ mihi blanda quies uictis subrepsit ocellis:
Et tenuit placidus pectora lassa sopor.
Tunc dea cui tellus: celũ cui militat oẽ
Virgo: mihi est tales fundere uisa sonos.
Stulte tui nobis prohibes quid carminis usũ?



Quid ne sacerdoti munera grata meo?
Incipe: Bernardi (si nescis) gloria nostra est:
Quicquid habet nostro riuus ab anne trahit
Hoc mihi ioannes nunq̃ fuit arctior: ille
Qui datus est uite duxq; comesq; meæ.
Ille quidem dulces mecum permansi in annos.
Virginis intuitu colloquioq; fruens:
Hic aũt celi cum iam data sæptra tenerem
Promeruit uultus cernere sæpe meos.
Ille erat intacti custos mihi corporis unus:
Hic nostri curam nominis usq; gerit.
Sed quid plura? aĩs paribus mihi iunctus uterq;:
Nec minus ille mihi nec minus iste placet.
Vixit uterq; parem ueneris sine crimine uitam:
Virginitas bini pectoris una fuit.
His deus æqui locas sublimi in uertice sedes
Contulit: & lateri iussit adesse meo.
Eia age: quosq; pater tribuit mihi laudes honores
Sumat: & alternas detq; feratq; uices
Aspicis egregia quos condidit arte libellos
Quo referant cantu nomen in astra meum?
Spũs illa animis bene profectura malignus
Scripta tulit: laudes quæ cecinere meas.
Proq; pio iliaden danaũq; induxit iesu:
Abdideratq; mei mystica dicta senis.
Dũq; homines nugas miseri sectantur inanes:
Hæc pene in nonnullis scripte fuere locis.
Non tulit hoc summi temerata potentia sæptri
Perfidus ut nostras hostis haberet opes.
Ipsa etenim tacito monui spiramine quendã

Qui mihi precipuo munere uinctus erat:
Vt pia dispersos reuocaret cura libellos:
Scriptaq; sydereas que docuere uias.
Efficeretq;: die caderent ne exesa uetusto.
Imprimeret breuibus sculptor ut illa notis.
Et quia tam longo fuerat uitiata recessu
Littera: iuditiis tergeret ante suis.
Hæc ego quæ tãtos illum tolerare labores.
Hæc ego te faciles hortor inire modos.
At metuis ne forte rudi paratha cothurno
Liuor edax tretico carmina dente petat:
Atq; supercilio tua respuat orsa tumenti:
Contendatq; leues ista decere uiros.
Nec ferat aonias monachum reuocare sorores:
Quas semel inuiso iussit abiret pede.
Euge: superuacuus horum latratibus obstat
Perpetuo uates iunctus amore mihi:
Qui ferrugineis niueos superaddit amictus:
Inclyta carmeli tegmina montis habens.
Qui mea dulcisono celebrauit carmine gesta:
Stridentesq; truci Costidis ære rotas.
Ille dabit faciles auras: portusq; secundos:
Hoc duce sylleos transgrediere canes.
Aspicis ut clara stolidos ratione retundat?
Garrulaq; opposita clauserit ora manu?
Hic mihi de mundi reuocatus turbine plaudit:
Atq; meũ dulci concinit ore decus.
Fare age: uirtutũ cumulis & laudis honore
Quẽ deceat uati preposuisse meo.
Nã si grandiloquo liceat conferre Maroni

Carmina q paribus cantet uterq; modis:
Hic tñ æternis tantũ uirtutibus: illo
Clarior est: quantum noctibus alma dies.
Nam quæ dona meo potui præstare clienti
Quæ minus illustrem constet habere uirum?
Queritur eloquio quantum ualet ille nitenti:
Talis aristocles Meoniusq; fuit.
Quæritur innnecua quantũ probitate coruscat:
Helias ardenti talis in axe fuit.
Hic docet angustum uirtutis scandere culmen:
Et celerem uitiis imposuisse modum.
Nil nisi q rigidi possint laudare catones:
Nil nisi sacrato christus in ore sonat.
Hic mea dum celebri repetit præconia cantu:
Mille mihi æterno iunxit amore uiros.
Huic ego sydeream tanto pro carmine sedem
Constitui: & regni gaudia summa mei.
Hunc tamen assiduo bauius liuore fatigat:
Ingenio æquarit cælica tecta licet.
At tibi quem nullo decorauit scemate christus
Defuerint auidi murmura torua canis?
Cælsior hnmanos pessũdebit ille fauores.
Solaq; perpetuæ præmia lucis auet:
Illius exemplo nugas contemne loquaces:
Nanq; magis uirtus pressa micare solet.
Inuenies omnis florenti laude uerendos
Inuidiæ facibus succubuisse uiros.
Gaude igitur tanto q te dignamur honore:
Vt tibi sit noster causa ruboris amor.
Incipe iã tali ductus stratagemate: quãmuis
Vaniloquus nullã donet apollo lyrã.

Nostra secundabit cursus cy no sura patentes:
Vt leuius cœptum perficiatur iter:
Nulla tuæ est: fateor: nulla est facundia linguæ:
Nec deus eloquiũ sed pia corda probat.
Graminibus pecudes pascuntur: rore cicadæ
Quadrupedum tigris sanguine: corde deus:
Solue igitur propero tenuem de littore cymbam
Deducent cursus flámina nostra tuos.
Dixit: & aereas fuerat iam lapsa per auras
Cœperunt sensus cum uigilare mei.
Grãde opus agredior: ueniã date iussa sequenti.
Cogitur iuito currere musa pede.
Quæuqe leui quõdam latitans epigramate lusit.
Nunc grauiore meat calliopea gradu.
Non tamen acta suo digesta ex ordine dicam:
Pauca sed e plena margine mira loquar
Interea nostro pater o uenerande labori.
Annue & o sacri doctor amoris ades.

¶ Diui Benardi pro istauratione monasticæ Religionis prolata supplicatio & accepta a deo promissio.

a Stra decem celeri penetrarant secula cursu:
Bis totidéq; pari lustra peracta pede.
Ex quo letiferi resecans contagia morbi
Christus ab intacta uirgine natus erat.
Cũ genus omne boni facinus mortale fugarat:
Fœdaq; terrigenis gaudia numẽ erant.
Vndiq; liuor edax feritas discordia: lites:
Pestis bella: fames: & metus hostis erat.
Omnibus occiderat superũ reuerentia terris:

Et decus & priscæ religionis amor.
Quinetiã ruptis errabat pauper habenis
Sancte per anfractus grex Benedicte tuus.
Rarus: & incerta monachus statione peragrans.
Non dabat auctori debita uota suo.
Tunc proprias Bñdictus oues miseratus: olympi
Dicitur his regẽ sollicitasse modis.
Maxime rex: parent cælũ cui: terra: fretũq;
Omnia qui nutu dasq; regisq; tuo
Aspicis ut longo probitas male frigeat æuo?
Aspicis ut toto ferueat orbe scelus?
Cernis ut aduersis agitetur fluctibus omnis
Religio: & nullo milite fulta cadat?
Ille meus quondã teneris bene cultus ab annis.
Quo frigus antiquæ religionis honor?
Quenq; ego tã lãta moriens ditione reliqui
Ordinis heu nostri: dic mihi feruor ubi est:
Iam mea progenies tandẽ: nisi protinus illi
Prospicis e sũmo culmine pulsa cadit.
Surge age: iãq; hominũ sortẽ miseratus acerbam
Erue de tantis pignora nostra malis.
Dixit: & ex alto totũ qui temperat orbẽ
Accepit tales protinus ore sonos.
Optime dux uario cœlũ qui milite comples:
Qui fuerat nostræ pars modo prima ratis.
Parce pio benedicte metu: nã morte tuorũ
Mœnia sunt ducibus restituenda meis.
Mœnia quæ tantis agitata furoribus ardent
Mœnia quæ petri iacta fuere manu.
Respice quẽ teneris puerũ mihi mater ab annis

Obtulit & patriā gallica terra dedit:
Spiritus hunc pleno radiatum pectore sanctus
Efficiet Mosi religione parē.
Cernis ut ille mei stimulis agitatus amoris
Iam terat assiduo limina sancta pede?
Aspicis ut pulchro rutilet sub pectore uirtus?
Inspicet uēturū testificatur opus.
Niligenas tanto monachorū principe coetus
Restituent saeptis tempora leta tuis.
Angelicis postq̄ compleuerit oia turmis:
Deseritq; tuā composuisse domū:
Tunc ēt petri nimiū iactata quiescet.
Huius ab hauspitio tuta carina uiri
Solus hic ingentes monachus tractabit habenas
Orbis: & extremo iura sub axe dabit.
Quaeq; uides tumidis consurgere uiribus arma
Pax erit illius conciliata fide.
Aurea tunc placidis consurget moribus aetas:
Et mea terrigenis gratia maior erit.
Quinetiā extremi bonitas cū tempore saecli
Nulla erit: & toto fugerit orbe fides:
Aureus ecce tuo surget de uimine palmes.
Siccaq; nectareus perfluet ora liquor.
Vrbs patauí illustres praebebit palmitis ortus
Hinc feret auxiliis germina lata meis.
Ipse etiam tanto producet foenore fructus
Vt fateare tua non eguisse manu.
Quare age: tā clari proles ne germinis unq̄
Deficiat nullo sollicitere metu.
Haec ait: & summo paraceletū mittit ab axe
Bernardūq; suo cōcremat igne deus.

¶ Bernardus quatuor germanis fratribus in eã-
dem sñiam adductis religioné ingredi statuit.

i Lle deo plenus facié moresq; pudicos
Induit & mentis improba sensa fugat.
Iamq; puer tenero claudebat pectore numen:
Et decor egregii maximus oris erat.
Hunc qui solerti spectabat lumine dixit:
Et speciem & mores uirginis iste gerit
Candida cui roseo facies suffusa rubore:
Et grauitas dulci mista lepore fuit.
Prima inuenta graui uoluebat seria sensu
Quæ solet in faciles luxuriare iocos.
Terræ fixa acies: modici sine murmure risus:
Ista uerecundi signa pudoris erant.
Grata quies animi fuerat: solusq; peragrãs
Sæpe dabat querulo talia corde puer.
Cur mea mens breuibus miserisq; exercita curis
Excipis humanas irrequieta faces:
Quando erit in posita uar'orũ mole laborũ
Discat in auctorem uita redire suum?
Si cupio excelsi spectare cacumina cœli
Deprimis innata conditione caput.
Hinc pr̃ hic genitrix: atq; hic mea cura sodales:
Distrahit & sensus quæq; fauilla tuos.
Sed deus ipse uia qua sit mihi monstrat eundum:
Et reserat sacre religionis iter.
Nu per structa: humilis latitat sub paupere tecto
Sancta quidem sed non ambitiosa domus:
Cisterciq; patres habitant ea limina pauci:
Instituunt leges qui benedicte tuas.

Hic ego celitibus figam mea lumina regnis
Hæc requies nostri sola laboris erit.
Si mihi nostra ferant peregrinos arua lapillos:
Sitq; meum toto quicquid in orbe patet:
His tamen æternos pudeat conferre triumphos:
Gaudiaq; extremum non habitura diem.
Quid moror ah demens: uel quid data tpa pdo?
Plurima commissis addidit uua dies.
Talia flammata librarat pectore dicta:
Propositiq; grauem fixerat inde pedem:
Cũ iuuenis tenera superatus imagine fratrum
Fleuit: & hæc dixit preda petenda mihi est.
Dixit & ĩ superum germanos regna ciebat:
Sic repetens aĩo gaudia nata suo.
Nuper in aduersis errabã naufragus undis.
Nunc mihi cælestis meta reperta uiæ est.
Meta reperta mihi est que cælibis ocia uitæ
Explicat: & tutum religionis iter.
Hanc igitur mecum celeri contendite cursu
Arripere: & tanti lucra referre boni.
Et dæus & cæli nostri sunt causa laboris:
Efficient pugnam premia tanta leuem.
Quis furor est opibus aĩos seruire caducis
Quos deus in superũ regna beata uocat?
Cur igitur fratres cur uos terrena morantur
Hospitia infesto soluite colla iugo.
Nec mora: tam facili germanos uoce coegit
Annuere & proprios deseruisse lares.
Tunc: modo supressus uicina inuoluere tecta
Incipit: & lato sparssitur ore focus

Nanq; pares sancta socios ut quereret arte:
Augeretq; suo regna superna grege:
Conspicuũ forma iuuenẽ: decus omne suorũ:
Non puduit medio spargere uerba foro.
Et modo cælestes populis mẽorare triũphos:
Et modo cerberei regna tremenda canis.
Artifici innumeras gentes sermone trahebat
Sola docens sũmi castra sequenda ducis.
Illic condensas glomerabant aginna turbas:
Quocunq; optatos uerterat ille pedes.
Tunc comitũ illustris nũeroso ex aginne coetus
Hesit: & huic firmo federe iunctus erat.
In ꝗcunq; uelit pedibusq; aĩsq; parati
Deduxisse bonũ religionis opus.
Vna oẽs parili socios feruore uoluntas
Iunxerat: ĩmensũ cõpuleratq; gregẽ.
Oĩbus una domus fuerat: cibus oĩbus unus:
Vitaq; diuini plena timoris erat.
Vtq; petens sparsã gelidus gladiator harenã
Apta prius uacuis ictibus arma probat:
Sic iuuenes ualidis monachorũ tela lacertis
Torquẽtes uitiis aspera bella mouẽt.
Sicq; prius sacras posito q̃ murice uestes
Induerent ueteres deseruere uias:

¶ Diui Benedicti habitũ bernardus cũ sociis amplius quã. xxx. in cisterciẽsi cænobio induit ibiq; breui sanctissimus efficitur.

i Amq; dies uotiua aderat: qua sancta renasci
Dibuerant aĩo pectora iuncta pari.

Cum puer ipſe: uirum celebri comitante caterua:
Sydereũq; polo iam reſonãte melos:
Clauditur in ſeptis: ueteremq; exutus amictũ
Tegmina iam ſancte ruſticitatis habet.
Cellula parua nouæ capiebat tempora uitæ:
Cellula iudiciis ſemper amata ſuis.
Hic didicit ſummi penetrare cacumina cæli:
Hic didicit culto quicquid ab ore fluit.
Hic didicit curare nouo ceromate morbos:
Solus & extinctam uiuificare fidem.
Munera tanta qdẽ modicos bñ culta per annos
Donat amatori cella beata ſuo.
Dicite uos auido teritis qui compita paſſu
Qualia clamoſo lucra reperta foro?
Non ille ingenium uario problemate cepit
Obruere: aut ſtudiis illaqueare nouis.
Cura prior ſtimulos ueneris domitare furentes:
Atq; animi motus compoſuiſſe fuit.
Cura prior triſti luerent ut crimina planctu
Quam caperent tumidum pectora leta ſophos.
Cura prior ſuperum nitida caligine pectus
Induere: & ſenſus mortificare ſuos.
Chriſtus ob id tanto repleuit honore clientẽ:
Sæpe ut cæleſtes cerneret ille choros.
Quid referam quotiens ſummi regina theatri
Nectareos illi uiſa mouere ſonos?
Sæpe ſuum uirgo famulum uenerata ſolebat
Viſere: & ambroſias ſæpe referre dapes.
Nunc age: qualis erat meditanti in pectore uirtus
Accipe nam breuibus perſequar ipſe modis.

Ante ſalutaré curuato poplite chriſti
Effigié: lachrymas: uota: præceſq; dabat.
Confixaſq; truci ſpectabat uulnere plantas:
Oſſaq; diſtinctis dinumeranda notis.
Iáq; gemens tremula fundebat uoce quærelas
Verbaq; mōtanas aptá mouere feras.
O decus: o noſtri lenimen chriſte doloris:
O mihi tá duro parta labore ſalus.
Fœlix ſi tátas in me conuertere pænas:
Et liceat miſero ſi mihi poſſe mori.
Ipſe imaturos auſim decerpe fructus?
Chriſte tñ dentes obſtupuere tui.
Sydera: terra: fretum: dñi miſereſcite ueſtri:
Flete meos caſus: ſydera: terra: fretū.
Talia dū memorat: dñi pendentis imago
Soluit in amplexus brachia mota ſuos.
Talis in excelſo regnabat prin cipe uirtus:
Talis in ardenti pectore feruor erat.
ſic nouus interno gaudebat nectare miles:
Intimaq; eternus ſtrinxerat oſſa calor:
Vt mortale nihil ſaperet: terrenaq; ſemper
Dediſcens: chriſti raptus amore foret.
Noctibus in lachrymas faciles ſoluebat ocellos:
Et minimi durus criminis uultor erat.
Carnibus abſtinuit: magniq; abdomine piſcis:
Sedebatq; ſitim ſimplicis humor aquæ.
Artibus his ſūmā uirtutū uenit in arcé
Sic peragens lætos prima iuuēta dies.
Vixerat hic dulces iandudū inglorius annos:
Tépora hæc uere plena quietis erant.

Cum deus ipse pio disponen s oīa nutu:
  Bernardum ex humili iussit abire loco.
Nomine clara quidem: sed clarior omne uallis
  Consita uicina sub regione fuit.
Missus in hāc sacras referens pater optimus artis
  Condidit imperio claurtra regenda suo.
Perfidus & scelerum fatigatus mole suorū
  Huc ueniens: posito crimine tutus erat.
Quiq; peregrino rutilabat murice quondā:
  Hic didicit cultu pauperiore tegi.
Nec pudor hic curuis agitare ligōibus arua:
  Et trahere inuitos sub iuga panda boues.
Hic spes uera: fides probitas: reuerentia: cultus
  Et decor antiquæ religionis erat.
Vestis dura: cibus tenuis: rigidiq; labores
  Sēper: & exhibitis condita claustra feris.
Vix dabat assiduo fatigatus uomere fructū:
  Sic locus hic sterilis pauperiorq; fuit.
Quæq; solent miseris prestare cubilia frondes:
  Hic ēt monachis fercula læta dabāt.
Oīs odoratis populus uirtutibus ibat.
  Gaudebatq; leui subdere colla iugo.
Nunc ego: cur latitās claustro miracula sanctus
  Ediderit populis concelebrata canā.
Non procul inde uirū nimio circūdedit æstu
  Febris: ut extremā crederet ire diem.
Non ille emonio potuit medicamine morbus
  Curari: aut medica conualuisse manu
Itur ad excelsi ueneratas militis ædes:
  Auxiliūq; humili poscitur ore piū.

Ille ierat: lachrymisq; deū: pcibusq; rogarat:
Vt celere moriens sumeret eger opē.
Protinus ex alto languens resilire cubili
Cernitur: & ualido quolibet ire pede.
Hic iā Bernardus toti innotescere mundo
Cœpit & ex illa clarior esse die.
Vndiq; uicinas uolitabat fama per urbes:
Miraturq; nouæ quisq; salutis opus.
Audiit: & læto properat germania cursu:
Qui q; colunt fines bethyca terra tuos.
Ille oculis cāptā matrē: nunc ille parentem
Aduehit extremo currit ab orbe miser.
Spirituum tetro uexatus quisq; furore
Pergit: & infesto liber ab hoste redit.
Loripedes ēt plures lectica uehebat:
Vt pia naturæ dextra nouaret opus.
Ille crucis tantū decorabat pectora signo:
Sic poterat placita quisq; salute frui.
Aeger apollineas doctiq; machaonis artes
Qui coleret: toto nullus in orbe fuit.
Tanta inerat facili sermone potentia sancto:
Tā celeris sacro uenit ab ore salus.

¶ Bernardus inocētiū pōtificē maxi. a petro leonis expulsum sedi apostolice mirabiliter restituit

INterea latias gladiis stridentibus urbes
Exagitat stygio missus ab amne furor.
Romaq; tartareis nimiū uexata colubris
Frendit: & in sana seditione furit
Quodq; panonphei lacerabat templa tonantis:

Fedifragũ petri scisma leonis erat
Hic male dũ ueterũ titulis & laude supbit:
Pontificis sũmos pugnat adire gradus.
Cunq; alius: sacro procerũ dictante senat
Debuerat sedẽ christe tenere tuã.
Ille tamen diro prosternens oĩa ferro
Immeritũ tẽpli ius dabat omne tui.
Iãq; sacerdotes prestanti laude uerendos
Expulerat: sancta solus in urbe potens:
Quiq; leonigenas renuerunt sũmere partes
Proh facinus gladio succubuere truci.
Ensibus hic tumido bacchantibus agmine: christi
Viscera: romane diripiuntur opes.
Nec furor hanc belli pestẽ intra mænia clausit:
Gorgoneũ toto uirus in orbe fuit.
Nã qui legitimas pastor retinebat habenas
Multa dabat meritis tẽpla regenda uiris.
Perfidus at contra temeratis legibus alter
Tẽpla sacerdotes iussit habere suos.
Ergo hinc christicolas uolitabant bella p urbes
Dũ cupit alterno quisq; subesse duci.
Sicq; p ambiguas errabat cymba procellas
Vt foret incerto iam peritura mari.
Ipse pater ueræ fidei: pecorisq; magister:
Vix poterat propria delituisse domo.
Quid faciat: timido, repetat si remige portũ
Certat in aduersas ire magister aquas.
Deserat ipse ratem, mediis palinurus in undis?
Hoc prohibet sancte religionis amor.
Sed tandẽ rabidi fatigatus marte leonis

Cædit: & æthrusco uectus ab amne fugit
Sic tamen interea lachrymis affatur abortis
Quos dederat profugæ christus inesse rati.
O socii aduersa fœlices sorte futuri:
Dummodo syderei sint rata dicta ducis.
Auxilium sancto: nisi sit spes uicta: labori
Fidite: celesti semper ab arce uenit.
Maximus ille pater: gallorum gloria regnis
Cuius iam toto nomen in orbe micat.
Ille quidem lapsis poterit i succurrere rebus.
Hæc requies longis sola reperta malis.
Hũc etenim uirtute uirum signisq; potentem
Quis nescit facili uoluere regna manu:
Hic ego securo statuam sub sydere puppim:
Hic poterit placido tuta latere uado.
Hæc mora: tyrrheno spumãtibus æquore rostris
Excepit profugum gallica terra ducem.
Sicq; peregrato gallorum limite: summus
Candida per siluas pastor ad antra uenit.
Occurrunt longo uenienti bus ordine patres:
Preuia christifere signa fuere crucis
Psallentes pio mulcebant nubilia cantu:
Talis in abiectto milite pompa fuit.
Hos romanus eques nimium nimiũq; beatos
Quos uidet in tanta degere pace uocat.
Et modo continuis celebrata silẽtia claustris:
Et modo parthenii laudat honoris opes.
Nil ibi q̄ rapida cuperet nouus aduena mente:
Nil: nisi precipui candor amoris erat.
Panis: poma: nuces: hortensisq; herba: lugumẽ:

Deliciæ adductis ista fuere uiris.
Maximus interea christi sua fata sacerdos
Tam longæ causas exposuit uiæ.
Tunc pauper ipse sui ueritus mandata magistri
Accepit profuge uela tuenda ratis.
Non ego multiloquo septem tolerata per annos
Carmine fata notans singula quæq; canam.
Nec referam longos quos pertulit ille labores:
Dum cuperet laceram composuisse fidem.
Summa sequar tantum celebris fastigia facti.
Atq; inerit cartis exitus ipse meis:
Imperium tenuit romano in culmine summum
Lotarius tanti tempore dissidii
Ille uirũ merito sanctũ celebrabat honore:
Congaudens lateri semper adesse suo.
Hunc adiit: rogitatq; senex ut fortibus armis
Restituat patrie sacra deos suæ.
Annuit: & ualido glomeratis agmine turmis:
Aggreditur sancte rex pietatis iter.
Hinc precibus meritisq; pater Bernardus opimis
Atq; hinc lotharii castra fuere ducis.
Sic graditur summus romana ad tecta sacerdos:
Hinc atq; hinc duplici tutus ab arce sedens
Ventũ erat ad summi celeberima tẽpla tonãtis:
Vera loquar: facili sed grauiora fide.
Non lituos: non Castra duci: non bella mouere:
Non opus ardentũ conseruisse manũ.
Vnius (o felix) monachi reuerentia tantũ:
Terruit audaces sceua per arma uiros.
Ipse autem tanti fuerat qui turbinis auctor

Audiit hos humili tristis ab ore sonos
Petre tuam subito licuit mihi scindere uitã:
Et flegethonteo precipitare lacu.
Tu tamen: ut gemitu ueniã merearis acerbo:
Tres tibi pro grandi munere sume dies.
Dicta fides sequitur. iã tertius ordine titan
Fulserat: extremũ clausit & ille diẽ.
Protinus expansis reserantur ouilia ualuis:
Et refouent sparsos lata ꝑ arua greges.
Quod fuerat rabidi sancitũ lege leonis
Deicit hoc sũma presul in urbe sedens:
Iam poterant leti tractare negocia ciues:
Et rigidã tandem uertere arator humum.
Omnibus hic igitur placida sub pace locatis:
Sanctus in optatos se tulit inde sinus
¶ Bernardus Romana ecclesia fœlici pace donata: in galliam honorifice rediit: ibiq; sanctissimã domino animam reddidit.

p Retereo eximii tacitus miracula patris
Quæ fuerint longe tempore facta uie
Felices &. n. nimium nimiũq; fuere:
Hospitio illustrem qui tenuere uirum.
Quiq; sacrum uoluit populus retinere parentem
Obuius in longas ibat ab urbe uias.
Gaudia quisq; nouo gradiens testatur amictu:
Occurritq; pio uirq; puerq; seni.
Luctus abit: lætis resonat concentibus ether:
Festaq; depositis artibus hospes agit.
Vndiq; purpureas spargunt per compita flores:
Et redolent sacris thura perusta focis.

Perq; uias pueri ramos strauere uirentes:
Compita subiectis tecta fuere togis.
Sic quondã solimis: inopũ quẽ uexit asellus:
Excepit reducẽ grata caterua deũ.
At postq̃ optati consedit limine tandẽ
Hospicii plaudens undiq; turba ruit.
Vndiq; turba ruit tanto glomerata tumultu:
Vt nequeat lassũ limine ferre pedẽ.
Tot quoq; difficili languentia corpora morbo
Obtulerant: facili restituenda manu:
Vt male: uel modici: fuerit data copia sõni:
Nec tulerit properas mensa pacta dapes.
Sicq; peragratis gallorũ finibus: abbas
Contigit optato claustra beata pede.
Tũc nemora: & patrii lapidosa cacumina montis
A spiceres dño plaudere cuncta suo.
Vtq; solet multo non uisã tempore matrẽ
Impetere: & plaudens basia ferre puer:
ic hilares uiso monachi pastore resultant:
Osculaq; alternis dantq; feruntq; genis.
Tunc: mõ qui fuerat titulis sup ethera uectus:
Cernere quẽ magni concupiere duces:
Ecce uirũ posito spectares presule sanctum
Sarcula iã manibus corripuisse sacris.
Et quibus ipse humeris lassus consederat orbis
Cernitur intexo uimine ferre lutũ.
Bis centũ ethereo plaudebant agmina regi:
Quæ bonus ex omni traxerat orbe pater.
Hæc fuerant tanto populis celebrata fauore:
Sic coluit sanctũ uirq; puerq; gregem.

Totus ut ex illo iubilans contenderet orbis
Sacratũ pariter detinuisse ducem.
Tunc romana suo decoranda antistite templa
Eugenium ex humili surripuere domo.
Tunc ét innumeræ diuersis partibus urbes
Inde sibi sacrũ constituere caput.
Talibus acta uiris nulla exagitante charybdi.
Sancta super tenues cymba fluebat aquas:
Aurea iã posito currebant secula fastu.
Temporaq; hæc nullis nigra fuere malis.
Oĩa diuinas resonabant compita laudes:
Iam dabat angelicum terra fretũq; melos
Hæc tamen ante alias longe celeberrima ualles
Quam coluit magni duxq; paterq; gregis.
Iamq; decem senos lustris ꝑperantibus annos
Clauserat extremo curua senecta pede.
Atq; senescenti titubantia corpore mẽbra
Pondete continui fracta laboris erant.
Nec tamen austeri laxauit frena senectus
Culminis.aut celeres cistere uisa rotas.
Sed nelut in uiridi properabat fortius æuo:
Vt leuis ad palmæ præmia currit equus.
Vtq; solet cantu modulos iterare canoro
Dulcius:ad mortis limina ductus olor:
Sic dedit.ille sonos supremo in limite dulces:
Scriptaq; decrepiti mira fuere senis.
Nam pater eternos senio confectus amores
Exposuitq; sacris oscula lata modis.
Iamq; instare uidens celestis gaudia uitæ
Imposuit uili languida membra toro:

Grex bonus ingemuit: circunfusus*q*; iacenti
Talia sollicito murmure dicta dabat.
Ergo ne iã miseros pater o uenerande nepotes
Fert animus medio deseruisse mari?
Quis nã igitur tristes: uel quis solabitur egros
Pastor? & etherei calcar amoris erit?
Quis pater attonitos inopes*q*; tuebitur agnos
Ne lanient auido uiscera dente lupi?
Quis poterit miseris nodos aperire latentes
Legis & eloquii mistica uerba sacri?
Quis nunc torpentes animos: & frigida corda:
Curabit*q*; leui uulnera nostra manu?
Ah nimium properata tuæ cita tpa uitæ:
Ah nimiũ læti fata seuera tui.
Quid iuuat assiduis fatigatum uocibus: olim
Clauigerũ nobis consuluisse patrẽ:
Ne quis forte suo populus pro præsule nostrum
Surriperet sancta calliditate caput.
Inuida si nostros nimiũ populata labores.
Audet honoratũ tollere parca ducẽ.
Tu tamen o facili nutu qui sydera torques
Necte iterũ uitæ filia resecta tuæ
Vt cũ fulta tuo fuerit domus ista labore:
Lætior acceptum cernat abire patrẽ.
Motus erat dictis senior: paulũ*q*; læuatis
Luminibus: tenui retulit ista sono.
Iã mihi summa quies: iam præmia læta parantur:
Dulcis adest tandẽ funeris hora mei.
Sed nos fœmineo quid funditis ore quærelas?
Quid iuuat emeritũ detinuisse senem?

Anne prius totiens dixi mea funera uobis:
Ne subitus nimiū lederet ossa dolor?
Christus: olympiaca fuero cū sede locatus:
Auxiliū nostro maius ab ore pluet.
Nunc meus hic luteo circūdatus aggere sensus
Vix habet unde suas contueatur opes.
Vos tantū superi retinentes iussa parentis:
Ite per arreptū religionis iter.
Nō uos blādus honor: nō uos labor īprobus unq̃
Non reuocet toto qcquid in orbe patet.
Quid mihi si lituos inter facilesq; choreas:
Duxissent letos tpa nostra dies:
Quid mihi præterriti prodessent gaudia fastus:
Vrgerent stygias si modo ferre faces?
Sed tandē tremulū uocat in sua regna clientem
Christus: & hinc celeri me iubet ire pede.
Vos igitur fratres nati: patresq; ualete:
Et mea sub memori condite dicta sinu.
Talia uix breuibus dederat mandata loquelis:
Sautia sollicito corda dolore leuans.
Cū niueus lachrymas inter gemitusq; suorū
Spiritus: abiecto corpore: celsus abit:
Ipsa per aereos uirgo nitidissima tractus:
Visa est celestes ducere leta choros.
Purpureāq; trahens animā sup arce locauit
Empyrea: lateri conposuitq; suo.

Sanctus Bernardus non tantū antiquis heroibus sed christianis quoq; martyribus iure optimo præponitur.

h Actenus excelsi mirabar Cæsaris arma
Cui dedit ethereum martia Roma decus.
Annibalisq; trucē Romano in sanguine dextram:
Et macedū clari gesta superba ducis.
Mirabar patria pro libertate furentes
Scipiadas Decios: Aemiliosq; graues
Nec minus ingenti decoratū laude fatebar
Qui celerē rapido torruit igne manum.
Cuiq; dedit clarū generoso ex ordine nomen.
Africa: quo fœlix consule Roma fuit.
Et qui sublicīū tutatus pectore pontē
In tyberis rapidas desilit altus aquas.
Quiq; quirinalis posito modo consul aratro
Arma triūphato uictor ab hoste tulit.
Et qui uectus equo radians fulgentibus armis
Se potuit fisso precipitare foro.
Quiq; per adiunctas priuæuo in marte catena
Ionias tyrio sanguine tinxit aquas.
Illū ēt titulis rebar super ethera uectū
Qui tenuit phrygios obsidione lares:
Illiacosq; inter proceres: qui marte superbo
Inclytus: æmonio tractus ab axe perit.
Quiq; giganteo superauit robore monstra:
Vnde molorchei signa leonis habet.
Hos ego crediderā nimiū nimiūq; beatos
Qui tulerant forti nomen in astra manu.
Hos puer egregio simplex uenerabar honore:
Cū legeret numeros prima iuuenta leues.

Nunc si bernardo ueteris præconia famæ
Contulerimq; meo fortia facta seni:
Quæ modo thræicio fuerant celeberrima cantu
Visa puellari nunc mihi digna sono.
Fama uetus taceat: cedant ueterũq; triũphi:
Christigená meritis sollicitare uirũ.
His etenim ficte fuerat uirtutis imago:
Huic arethe pleno pectore uera fuit
Hi marti & phæbo gelidis libamina saxis
Obtulit hic uero candida corda ioui.
Illi terrificis domuerunt barbara bellis.
Mænia: & ingenti tecta superba manu.
Hic uada tertarei domuit phlegetontis: & oẽs
Spirituum steterant addata iussa chori.
Hi uarios celebri subierunt marte labores
Pro patria pulchrũ succubuisse rati.
Hic tulit assidna gelidos sub morte dolores:
Scismaticá cupiens conciliare fidé.
Illis falsus honos & inanis gloria famæ:
Solus at huic christi causa laboris amor
Forte triũphatis illi regionibus: ampla
Thesauros patriæ dona dedere suæ.
Hic aũt miseros moriens dat habere nepotes
Munera que nullo sunt moritura die:
Munera quæ mores instaurauere pudicos
Hæc sunt: quæ sacra scripserat ille manu.
Sed quid ego herculeas pygmeis carmine uires
Assimulo? & phario flumina parua mari?
Optima mutato repetá præconia cantu:
Et pater exéplo te meliore caná.

Nã tibi cur uanos ausim conferre quirites
 Qui melior quouis martyre sanctus eras?
Grande quidẽ fuerat ferro flãmisq; necari
 Nec tamen æternã defuisse fidẽ:
Maius opus sũmo uersari in culmine rerũ
Nec tamen ulla aĩos ambitione præmi.
Maius opus uitæ rigidũ tenuisse cacumen.
 Semper: & angustũ religionis iter.
Bellaq; spirituum telis agitata malignis
 Maius opus forti corde tulisse fuit.
Fulmineos alii mirentur martyris arcus.
 Latentiq; auido quos tulit ore rogos.
Vulnera chrisogoni iactent.pauliq; cathenas:
 Eufemiæq; truci mẽbra resecta manu.
Mirenturq; graues sanctorũ funera penas:
 Bella: crucẽ gladios.uerbera.tela: faces.
Solus inexausto mirabor corde laboret.
 Quos pater eterno raptus amore tulit.
Nã si christigenũ cedes: tormenta: labores
 Colligis: & fusi sanguinis oẽ decus.
Cedent cuncta oneri q̧ pertulit ille beato:
 Lapsurã cupiens sustinuisse domũ.
Nãq; alii lacera senserunt carne dolores:
 Hic aũt medio uulnera corde tulit.
Ergo animus quantũ mẽbris generosior ipsis:
 Martyribus tantũ celsior ille fuit.

❡Comẽdatio muneris a sanctissima dei genitrice maria nobis collati cũ nup Diui Bernardi opuscula ĩprimi curauit.

Ostq̄ sancta polos celiq; decē plicis orbes:
P Transcēditq; noué uirgo parensq; choros.
Ethereáq; petēs sociis spectātibus arcem
Regna tenet nullo destituenda die.
Humanis nunq̄ præcibus nostræq; saluti.
Defuit: aut luteas spernere uisa domos.
Sed potius sūmi moderata est principis iras:
Spiculaq; in nostros eiaculanda lares.
Auxilium scæleri uisa est prestasse nefando
Sæpius: atq; humiles conciliasse reos.
Illa dedit miseris ueniá: totūq; per orbem
Illius ex miti depluit ore. fauor.
Innumeros ēt populos uix egra trahentes
Ossa fame imodicas iussit habere dapes
Cunq; foret latias pestis maleiacta p̱ urbes
Curauit stygiis ulcera missa uadis.
Illius optatos totiens experta fauores
Testis adest tanti Brixia nostra boni.
Brixia: quæ quondá populis lacerata malignis
Turgebat: medica non adeunda manu
Brixia: quæ capitis medio confecta gerebat
Vlcera: quæ sub ite causa fuere necis.
Nunc aūt Marie præcibus adiuta triūphat:
Et peragit lætis ocia grata choris.
Pulchraq; præcipuū Mariæ testantia munus
Templa locat: parii marmoris instar opus.
Hæc & plura: parens christi sanctissima: nobis
Cōtulit: in miseras officiosa præces.
Hoc tamen audenti liceat dixisse camœna.
Atq; animi sensus exeruisse mei.
Humano nunq̄ generi: nostroq; decori

Parthenice tantũ muneris alma dedit.
Quanta grata suo nuper cũ munere nobis
Protulit hæc breuibus scripta legenda notis
Protulit ipsa quidẽ: proprio nã diua clienti
Iussit ut Egregii quereret orsa senis
Iussit: & ecce nouũ fuerant quæ sparsa p orbem
Scripta: uolens: uno margine cuncta leges.
Scripta: triũphales celi reserantia ualuas:
Scriptaq; cõmuni suspicienda manu.
Oĩs namq; datis etasq; sexusq; libellis
Perfruitur: latio si tamen ore sonat.
Quisquis ades: si forte tuæ tibi cura salutis:
Hæc fuerint animæ grandia dona tuæ.
Si cupis optata connubia ducere prole.
Atq; maritali succubuisse iugo:
Hic potes egregios morũ decerpe fructus:
Qui tribuant natis nomina rara tuis:
Si tamen eloquii tantum tibi cura nitentis.
Hic fuit eximio non Cicerone minor.
Quod si forte pio iuuat indulgere labori:
Etpopnlos christi iussa docere rudes:
Hic documenta tibi uarias spargenda per urbes:
Collige: quesitis hic meliora dabit.
Cum uoluit placido demulsit pectora sensu:
Cum uoluit rigido terruit ore reos.
Quod si cælitibus iuuat indulgere tuendis
Tutius atq; humili delituisse casa.
Hic tibi præcipuo semper uenerandus henore
Auctor: & æterno dignus amore coli.
Hunc relegens sũmo letus spatiabere cælo:
Et poteris stygios tristis adire lacus.

Ante oculos noſtri piget tibi principis ortus:
Et paſtorali numina nata domo.
Hinc atq; hinc dulci reſonat modulamine ieſus:
Et mariæ illuſtri nomina culta ſono.
Candida tartareo ſtatuiſſe ex hoſte trophæa:
Anguigerũq; docet diſſecniſſe caput.
Et qbus ille dolis miſeros: qbus artibus alter
Decipiat paſcens ſancta ꝑ arua pecus
Qui legit expleri neqt: ardeſcitq; legendo:
Et dolet aſſueti cum uenit hora cibi.
Efficiunt animos aliorum ſcripta tumentes:
Et nimium ſparſis luxuriare comis:
Hæc aũt mundo paracletum in pectore condent
Accendẽtq; nouis frigida corda focis:
Hæc tibi marmoreo lachrymas de pectorẽ dulces
Eliciẽt: animæ gaudia ſũma tue.
Deniq; cuncta noui ueteriſq; uolumina ſenſus
Solus hic eximia continet arte liber.
Hæc igitur toto monachi contendite curſu
Arripere: & tacito condit edicta ſinu.
Vt uos ſydereum faciant conſcendere culmen
Celeſteſq; inter regna tenere choros.
Vos quoq; chriſtigene: genus immortale: cliẽter
Parthenicum medio figite corde ſenẽ
Vt cæli terreq; graues eliminet iras.
Et reſeret clauſi limina celſa poli.

Tabula operũ quæ in hoc uolumie continentur

Deprecatio Ad gloriosam virginem.

Liber ad Lectorem.
Flebile vestigijs: manibusqꝫ ipri
mere letum.
Cornutuz xp̄i vultib⁹ os doceo.

Diui bernardi abbatis. Clare
uallensis ordis. Cisterciensis do
ctoris d̄uotissimi opuscula. Et p̄
mo ad gl'iosam virgine̅ Maria̅
deprecatio ⁊ laus elega̅tissima.

Entez et
oculos pariter cuz
m manib⁹ ad te regia
mundi attollim⁹ ⁊
coraz tue celsitudi
nis gloria genuflectim⁹ ceruice̅
inclinam⁹: ac plenis suspirijs ad
te preces in celuz transmittim⁹.
Tu altitudo celi btõs oculos tu
os q̄bus inco̅prehensibilem glo
riam illa̅ lucis eterne cu̅ deside
rio sp̄itueris ad tuos supplices i
ha̅c mu̅di miseria̅ ꝓiectos de al
to inclinare no̅ d̄spicias. Et ecce
cora̅ treme̅do iudice peccatores
assistimus cui⁹ man⁹ t̄ribilis gla
diuz ire sue vibrat sup nos: ⁊ q̄s
auertet eam. Nemo domina ta̅
idone⁹: vt gladio domini manu̅
pro nobis obiciat: vt tu dei ania̅
tissima p̄ qua̅ primu̅ in terris su
sceꝑimus misericordia̅ de manu
dn̄i dei nostri. Api itaqꝫ tu ma
ter mi̅icordie benignissimi cor
dis ianua̅ suspiriosis preca̅tib⁹ fi
lioꝝ adam. Ex omnibus finib⁹
terre ad tue protectio̅is vmbra
culu̅ co̅fugimus a facie formidi
nis fortitudinis dei. Ad te domi
na mea stilla̅t oculi nostri te de
uotõis clamore valido obsecra
mus vt filij tui dn̄i nostri ira̅ qua̅
grauiter pecca̅do succe̅dim⁹: er
gª nos mitiges eiusqꝫ gr̄am a q̄
ingrati excidim⁹. nobis tua co̅ci
liet: cui⁹ liuore sanati sumus: et⁹
iteru̅ medella̅ deposcim⁹: qꝛ pu
truerũt ⁊ corrupte su̅t cicatrices
nostre ⁊ non e̅ in nobis sanitas.
Atte̅de domina ⁊ vide dolores
vulneru̅ anime nostre: qꝛ tibi re
uelamus causam nostra̅ cum fi
ducia. Te.n. iestimabilis be̅igni
tatis femina̅ ⁊ venera̅da̅ matre̅
ee̅ cognoscimus ex eo ꝙ tu mu̅
du̅ hu̅c imu̅du̅ ⁊ lubricu̅: ipollu
to calle tra̅sisti ⁊ adhuc iter pec
catores degens: tanta ante deu̅
sanctitate fecu̅daris: vt sola solio
regis eterni immediate approxi
mar̄ merueris. Tu peccatore̅ q̄ꝫ
tu̅libet fetidu̅: n̄ horres no̅ despi
cis si ad te suspirauerit tuu̅qꝫ iter
uentu̅ penite̅ti corde flagitaue
rit. Tu illum a desperatõis bara
tro pia ma̅u retrahis: spei medi
came̅ aspiras: foues no̅ despicis
quousqꝫ horre̅do iudici miseru̅
reconcilies. Famosu̅ huius tue
benignitatis testimoniu̅ est per
te restauratus theophilus gr̄e.
Nec miru̅ o domina si ta̅ copio
so oleo mi̅icordie tui cordis ꝑ
fusu̅ est solariu̅ cu̅ illud inestiabi
le op⁹ misericordie. ꝙ p̄destina
uit deus ante secula in rede̅ptio
nem nostra̅ primu̅ in te a mu̅di
artifice sit fabricatu̅. Quado.n.

placuit grãe ſupne vt habitaret i
nobis a qbus elõgata fuerat tu
ſola inuenta es digna vt in tua
virginali aula rex regum ⁊ dñs
dñantiũ a regalibus ſedibus ve
niens p̃mã ſibi mãſionez inter
filios hominũ eligeret. Uere be
neplacitũ fuit deo habitare in te
qñ ex ipſa allibata carnis ſubſtã
tia quaſi d̃ lignis libani archite
ctura ineffabili domuz ſibi edifi
cauit dei ſapientia ſufulſit eã ſep
tẽ colũnis argenteis ac reclina
toriũ aureũ in ea collocauit. Hi
ſũt ſeptẽ ſpũs dĩ ⁊ hec ẽ vnica il
la ſaluatoris femina i qua ſola q̃
ſita i oibus requiẽ inuenit atq; i
ei⁹ ſinũ oẽs theſauroſ ſuos abſq;
menſura trãſfudit. Unde bñ ſan
cto ſpũi in te cõplacuit o maria
cũ tam diuinis miſterijs vterum
tuum cõſecrare dignat⁹ ẽ ipſe ẽ
enĩ ignis cõſumens qui ſanctiſſi
mã aiam tuã totã iflãmauit ſeip
ſo atq; ſplendore diuine maieſta
tis ipleuit: tuũq; vterũ ineffabili
mõ fecũdauit. Fecitq; vt deuz ⁊
hoiez clauſa cõciperes clauſa pa
reres ⁊ poſt ptũ v̾go ꝑmaneres.
Iã ergo vterꝫ tuuz dña velut ſa
cratiſſimũ dei viui tẽplũ tot⁹ mũ
d⁹ veneret. In eo ſalus mũdi ini
ciata eſt. ibi decorẽ indut⁹ eſt dĩ
filius ac ꝑelecte ſponſe ſue eccle
ſie formoſus i ſtola cãdida exul
tanter occurrit deſideratuz diu
oſculũ ꝑelegit ac ꝑdeſtinatas a
ſeculo nuptias: virgo cum virgi
ne ꝑlibauit. Ibi rupt⁹ eſt paries
inimicitiaꝝ quẽ int̃ celũ ⁊ t̃rã ꝯ

toplauſtroꝝ inobedientia ꝯſtru
xerat. Ibi cõfederata ſunt terre
nis celeſtia ⁊ obuiauerunt ſibi i
oſculo pacis: qñ i vnã eãdẽq; ꝑ
ſonã ꝯcurrerũt diuinitas ⁊ hũa
nitas: factũq; eſt nouũ illud ſup
terrã vt eẽt de⁹ hõ ⁊ hõ de⁹. Ibi
magnus helyſeus in mẽſuraz ſu
ſcitãdi pueri ſeſe cõtraxit. Ibi an
tiquus dieꝝ ꝑelecto filio ſuo tu
nicam induit polymitam. Ibi re
beccha futuroꝝ pſcia magnificã
di filij manibus pelliculas edoꝝ
circũdedit ⁊ colli nuda ꝓtexit.
Ibi .n. cooperante grã ſpũs ſan
cti fili⁹ a deo p̃re hereditãdus in
oibus gẽtibus diuine maieſtatꝭ
potẽtiã ſimilitudine carnis pec
cati cooperuit. ⁊ quaſi abſcondi
tus eſt vultus eius in infirmita
te. vnde nec reputauim⁹ eũ. Ibi
cõſilij ꝓuidẽtia ineſcatus eſt ha
mus qui ad extrahẽdum ſerpen
tẽ antiquum i hoc mare magnũ
de celo traiectus ẽ. Inde egreſſa
ẽ armilla aurea vt ꝑforaret ma
xilla leuiathan. vt euomeret mor
tuos non ſuos quos ab origine
mundi ſecure deglutiuerat. Ortus deliciarum nobis ſacratiſſi
mus tuus vterus o maria. q; ex
eo multiplices gaudij flores col
ligimus quotiẽs mẽte recolim⁹
q̃ magna multitudo dulcedis
toti orbi inde refulſit. Ortus cõ
cluſus tu es dei genitrix ad quẽ
deflorẽdum manus pctõris nũ
ꝗ̃ introiuit. Tu ſanctorum aure
ola aromatum a celeſti conſita
pigmentario virtutum omnium

De precatio ad gloriosam virginem.

speciosis floribꝰ delectabilit̃ vernaris iter quos pl'cherimos flores tres miramur i te excellẽtissima. Hi sunt quorũ odore suauissimo totã domum domini repleo. O maria viola hũilitatis lilium castitatis. rosa charitat̃ merito de dei aureola flos ille speciosus ꝑ filijs paradisi ellectus est egressus sup quẽ requieuit spiritus dñi. Et cui te assimilabimꝰ mater pulchritudinis? Vere paradisus dei tu es q2 lignum vite mundo ꝓtulisti: de quo q̇ mãducauerit viuet in eternũ fons vite. qui ex ore altissimi ꝓdijt d̉ medio ventris tui exiliuit atqꝫ i te in quatuor capita sese dispergens ad irrigandã faciez arẽtis mundi emanauit letificans ciuitatẽ dei. Omnis enim q̇ biberit ex eo nõ sitiet in eternum: ⁊ erit plusqꝫ padisus hic de cuiꝰ aqua si quis biberit sitiet iterũ. O q̃ta mundo contulisti que tã salubris aqueductꝰ esse meruisti. O lãpas luculentissima quãtos letificasti quãdo splendore dei illustrata desideratũ illud lumen quo inuẽta ẽ drachma decima. sedentibus in vmbra mortis ꝓtulisti. Te nimirꝫ ille epitalamij precentor a longe intuitꝰ cũ admiratiõis voce ita ꝓrupit. Que est ista que ꝓgredit̃. velut aurora consurgens. pulchra vt luna electa vt sol terribilis vt castrorum acies ordinata? Sicut aurora valde rutilans in mũdo ꝓgressa es o maria quãdo veri solis splendorem tante sanctitatis iubare precurristi: vt vere diem salutis dixerim diẽ ꝓpitiatiõis! diem quẽ fecit dñs quẽ tue claritati initiari dignum fuit. Felix aurora felicis diei extitisti nũtialis dies talẽ aurorã diei d̉cuit ⁊ recte quidem aurore implesti officium! Ipse. n. sol iusticie d̉ te ꝓcessurus ortum suum quadaz matutina irradratione preueniens in te lucis sue radios copiose trãfudit quibus potestates tenebrarum quas eua ꝓduxerat i fugam cõuertisti atqꝫ ita desideratum cunctis gentibus solem mundi inuexisti. Tu pulchra vt luna diceris eiqꝫ non immerito ꝯpararis! Illa. n. omnium. astrorum sola soli similima ꝯparatione ⁊ candore venusta argenteo ceteris i celo premicat siderib⁹. Tu vero solis imago expressissima int̃ milia astrorꝫ d̉o astẽtiuz virginali puritate in celo gloriosa presulges: Illa. n. transfuso in se solari lumine noctẽ nostrã illuminat tu virtutum tibi a deo inditaruz magnificis exemplis ad immitationem tui nos ꝓuocas. sicqꝫ noctẽ nr̃am illumias. Qui. n. vias tuas insectatus fuerit nõ ambulabit in tenebris: sꝫ lumen vite inueniet. Tu ergo pulcra es vt luna imo ⁊ pulchrior luna q2 tota pulchra es ⁊ macula nõ est i te: neqꝫ vicessitudinis obumbraiio. Tu electa es vt sol ille iniqꝫ sol solis conditor: ille enim electus est ex milibꝰ virorꝫ

tu electa ex milibꝰ feminarū. Il-
le electꝰ ex oibꝰ q̄ sunt: tu electa
ex oibꝰ que ꝑ illum sunt: tu ter-
ribilis vt castrorū acies ordiata.
Quid eni? An nō horruerūt pri
cipes tenebrarū quādo viderūt
ꝓter morē armatura omni forti-
ore instructam cōtra se ꝓcedere
feminam. feminā fortē ad bella
doctissima cuiꝰ ensis suꝑ femur
suū ꝓpter timores nocturnos.
In circuitu eiꝰ acies validas spi
ritualiū virtutū suo se inuicē or
dine tuentiū siquidē ordinatiōe
ꝑseuerat dics: sed ⁊ innumerabi
liū beatoruꝫ spirituū militiā ad
ministeriū tāti principis delega
tā fuisse nullatenꝰ ambigimꝰ vt
pote qui custodirent lectulū sa-
lomōis gratissimū ac ꝓuiderēt
ne ꝓparatū eterno regi hospitiū
alienꝰ hospes iuaderet. Nimirū
timor ⁊ tremor venerūt suꝑ eos
ita ꝙ dicerēt ecce plusꝙ̄ eua hec
castra dei sūt hec: fugiamꝰ israe-
lē. Tu ergo bellatrix egregia ꝓ-
mo eū q̄ ꝓmꝰ oia supplātauit ex
pugnaſ viriliter agressa es: tu ⁊
spūm elationis eue vertice hūili
tatis ꝯplosisti. qm̄ in te ita respe
xit dñs vt ipsius merito suꝑ oēs
choros angeloꝝ te sublimari di
gnā estiauerit. Nūꝙ̄. n. suꝑ oēs
āgelos glorificata ascēdisses ni-
si prius infra oēs hoies hūiliata
descēdisses. Tu ⁊ ardoreꝫ vetite
ꝯcupiscētie virtute castitatis in
tua carne virginea catenꝰ extin
xisti: vt his in cuius ꝯspectu nec
astra munda sunt tāte mūditie
carneꝫ tuā iudicauerit vt etiam
sue diuie puritati aglutinare nō
dēspexerit. His ergo ꝓmariꝭ du
cibus tenebrarū a te fortit̄ expu
gnatis: omnis ante faciē tuā spi
ritualiū nequitiarū militia in fu
gam cōuersa est. Gloriosa dicta
sūt de te ciuitas dei genitrix. Sꝫ
adhuc locus ē tue laudi. adhuc
in tuis laudibꝰ ois lingua bal-
butit. Nō. n. sūt loquele neqꝫ ser
mones in natione q̄ sub celo est
quibꝰ amplitudo glorie tue ad
plenū valeat explicari. O pia o
magna o mlt̄uꝫ amabilis maria
tu nec noiari q̄dē potes q̄n accē
das: nec cogitari q̄n recrees af-
fectus diligētiū te: tu nunꝙ̄ sine
dulcedie diuinitꝰ tibi insita me-
morie portas igrederis. Et nūc
seq̄mur te o dn̄a ex totis ꝓcordi
is vociferātes ad te adiuua ibe-
cillitatē nr̄am aufer opprobriuꝫ
nostrū. Uides hāc tunicā pelli-
ceā que nos circundedit tunica
eue parētis nostre ē: quā ad nos
olim misera illa transmisit ⁊ suꝑ
vestiuit carnē filioruꝫ suoꝝ sicut
diploide ꝯfusiōe sua. De manu
ipsiꝰ quippe duplicis mali semē
terra nostra suscepit ⁊ cōcepit ⁊
pepit nobis spias ⁊ tribulos ini
quitatis in anima calamitatis i
corpe ac ꝑ hoc mortē vtrobiqꝫ.
O infelix hereditas o dira hūa-
ne carnis ifirmitas vsqꝫ quo pa-
tiemur te? Multū dorsa nr̄a in-
curuasti: qꝛ grauis es valō ⁊ diu
te sustinuimꝰ. Multuꝫ minuisti
nos ab āgelis: equo ⁊ iumētis i

spicitibus coequasti: nimis inualuisti: que nō nisi morte filij dī sanari potuisti nimis super nos te extulisti qñ ꝛ vsqꝫ ad eū qui sup omnia ē incaute ascēdisti. Et q̄s liberabit nos a corruptela hui⁹ miserime pellicule: grā saluatoris nostri filij tui o maria q̄ vt infirma nostra tolleret spōte infirmat⁹ ꝛ vt mors mortis nr̄e ipse fieret innocens ꝑ peccatoribus mortu⁹ est. Et quis tā idone⁹ vt loquat̄ ad cor dn̄i nostri iesu xp̄i vt tu felix maria que in secretissimis amplexib⁹ amātissimi filij tui cubas i meridie sempiterno eiusqꝫ familiarissimo colloquio eū plena cordis leticia ꝑfrueris. Loquere dn̄a qr audit fili⁹ tuus ꝛ quecūqꝫ petieris impetrabis. Inuoca bonū nomē eius super nos vt curemur a vetusta hac lepra carnis ꝛ sp̄us. Exsurge vir⁹ hoc mortiferū quod ō pomi sui reliquijs eua nobis propinauit qñ suci noxialis gustu ebriata ē ꝛ reliquias dimisit puulis suis. Utinā poculū suū ebria illa aut totū ebibisset aut diffūdisset. Te dn̄a exorante oē iugū nostrū cō putrescat a facie olei diuine misericordie renouet̄ vt aquile iuuent⁹ nostra: vt noui noua voce nouū cāticum nouis ciuib⁹ aggregati illic vbi noua sunt oīa iubilū sempiternū celebrātes in cimbalis iubilationis ꝯcinam⁹ Tollat̄ hec crassa nebula ab oculis vt reuelata facie glīā dn̄i spe culātes in imēsum illud pelag⁹ diuini luminis absorbeamur a dn̄i spiritu ac deo nr̄o i vinculis charitatis astricti vnū cū ipo efficiamur. Prestet ꝛ hoc nobis tuo interuentu o maria fili⁹ tu⁹ Jesus xp̄s de⁹ ꝛ dn̄s nr̄ Cui laus ꝛ gloria ꝛ gratiarū actio in sempiterna secula Amen.

Diui Bernardi abbatis de miseria humana sermo.

o Homo q̄ ex aīa rationali ꝛ humana carne subsistis ꝯditionis misere. repletus multis miserijs. Miser ꝛ mirabilis homo paup cecus nud⁹ plurimis necessitatibus subdit⁹: ad cor tuum reuertere. Quid foris vagaris: q̄d foris queris: quid i carnalib⁹ studes: q̄d in secularibus te implicas: q̄d in vanitatib⁹ te inuoluis in inferiorib⁹ delectaris? Et ab oib⁹ interiorib⁹ ꝛ superiorib⁹ elōgaris: ꝑ ea que foris sūt diffunderis? Quāto magis ad mundū accedis: tāto lōgius a deo recedis. Quāto magis foris es sapiēs tāto magis i tus stult⁹ efficeris. Quāto magis extra lucraris tāto magis i tus ꝑdis. Quāto magis i hijs q̄ foris sunt vagaris tāto magis i tus euacuaris. Quāto magis i tēporalibus es solicit⁹ tāto magis es mēdicus inspiritualibus. Quid ē homo ꝙ omnia ordias ꝛ te ipsū nō vis ordinare: Quid in oib⁹ es prudēs ꝛ circa temetipsum es insipiens? Quid est ꝙ ad omnia q̄ foris sūt solicitus es

bona facere ⁊ temetipsum finis
eē malū semꝑ ⁊ inutilē. Dormit
in te spiritus dei: ⁊ vigilat in te
spirit⁹ mundi. Uacat ī te ratio:
⁊ viget in te sensus: extinguit in
te spirit⁹ dei: dominat̄ ī te amor
mūdi. Feruet ī corde tuo amor
terrenoꝝ ⁊ morit̄ ī te amor eter-
norū bonoꝝ. Mundū diligis ⁊
deū relinquis. Omnium recor-
daris ⁊ te ip̄z obliuisceris. Que
super terrā sunt desideras ⁊ dili
gis celestia vo nō curas. appro-
pinquas ad interitū: ⁊ longe sis
a salute. Curris ad diabolum ⁊
ꝓlongaris a deo. Redi. redi p̄-
uaricator homo ad cor qꝛ loqui
tur deus pacē eis qui ꝯuertunt
ad cor. Omnia mundi hui⁹ tibi
dedit deus ⁊ tu ꝓpter oīa relin-
quis eum. Omnia ꝓpter te fecit
deus: ⁊ tu ꝓpter oīa dimittis te
metipsum. Propter oīa que oc
currunt tibi dimittis deum: ⁊ id
circo omnia dimittent te. Pro
pter creaturas relinquis creato
rē: ⁊ iō ꝯtra te insurgēt oēs crea
ture. Quia offendendo creato-
rē offendisti oēm creaturā: ⁊ iō
creature que facte sunt in mini-
steriū ⁊ vtilitatē tuā conuertent
in vīdictā ⁊ penā tuā. Et ve tibi
erit sine fine: qꝛ noluisti habere
bonuz sine fine. Recognosce ita
qꝫ homo miſ recognosce temet-
ipsuz. Recogita qꝛ nihil fueris.
Attende ꝙ vilis ⁊ malus es. Cō
sidera quid futurus es. Plāge
homo miser plange incessanter
peccata tua. Dele lachrimis ma

licias ⁊ miserias tuas qꝛ volūta
te ꝓpria peccasti. Displiceat ti-
bi super omnia displiceat tibi to
to corde ⁊ cōtinuo displiceat ti
bi ꝙ dn̄m immēse maiestatis ha
bentez potestatem oīs carnis ⁊
mittere corp⁹ ⁊ aīam in gehen-
nā ausus fuisti offendere. Ama-
rescat tibi amarissime cor tuum
ꝙ deum summuz p̄rem in com-
prehensibilis bonitatis qui beni
gnus ⁊ misericors est suꝑ ingra
tos ⁊ malos volūtarie libent̄ ac
delectabiliter offendisti. Totus
displiceas tibi vt tot⁹ possis pla-
cere sibi q̇ ē summ⁹ ver⁹ ⁊ solus
deus cui nemo placet nisi qui si
bimetipsi displicet ⁊ nemo ei di-
splicet nisi qui sibi metip̄i placz.
Dissipat nāqꝫ deus ossa eoꝝ qui
hoībus placēt. Et qd̄ altū ⁊ pul-
chrū est apud hoīes: abominabi
le est apud deū. Mirum ē de te
homo miser ad mala quippe es
tot⁹ auidus: totus ꝓmptus: to
tus facilis. totus sapiens ⁊ tot⁹
sollicitus. Ad bona aūt es tot⁹
durus tot⁹ piger totus tepidus
totus stult⁹. totus incredulus ⁊
rebellis. Und̄ tibi hoc nisi a car
ne quā diligis ⁊ sequeris: qꝛ ve-
ro carnē diligis carnē sequeris:
⁊ qꝛ carnem sequeris opera car
nis facis ⁊ cuz ea punieris. Car
nis tue fruct⁹ ē libido: ꝯcupiscē
tia: inuidia infirmitas idest fragi
litas ⁊ dolor: vermis putredo fe
tēs ⁊ fetid⁹ fetor. Tu ip̄e es tene
bris ignorātie sic excecat⁹ vt ne
scias q̇d sis n̄ attēdis quo vadis:

non animaduertis factuꝫ tuum
neqꝫ inſidias inimici ⁊ tẽptatio-
nes eius fraudulentas itelligis.
Totꝰ negligens es nec cogitas
quo tendere debes: viã neſcis: ⁊
nõ inquiris. Grandis nãqꝫ tibi
reſtat via. Solicite tibi queris ci
bũ veſtitũ ⁊ requiem ⁊ oẽs car-
nis neceſſitates quãdo indiges.
De vita vero ⁊ ſalute anime tue
ſemꝑ tepẽs nõ curas licet ſemꝑ
indigeas plenꝰ nequitijs ⁊ mali
tia. Miſer homo vt miſerum pa
ſcas corpꝰ ⁊ veſtias ⁊ carnis vo
luꝑtatibꝰ que poſt paucos dies
a vermibus deuorabit̃ ſatis faci
as ſolicitꝰ laboras. diſcurris vi-
gilas ⁊ ſõnũ nõ capis oculis vt
repleas ventrẽ: ⁊ ꝓ aĩa tua que
deo preſentanda eſt in celis. cur
nõ ſollicitus fatigaris vt ipſam
paſcas bonis operibꝰ: ⁊ induas
virtutibꝰ. ne appareat nuditas
eiꝰ! Homo triſtis queris ſemꝑ i
plere ventrẽ. cur nõ paſcis aĩam
exuriẽtẽ: de vaſe ſtercoꝝ ſemper
curas ⁊ de dei imagine cur non
a Anima mea ſi viſ amari a deo. reforma in te imaginē ſuā: ⁊ amabit te repara in te ſimilitudinē ſuā. ⁊ ꝯſiderabit te. Cōſilio nāq; ſancte trinitatꝫ ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā creauit te creator tuus. qḋ nulli ex creaturis donauit vt tāto eū ardētius diligeres. quanto mirabilius ab eo te ꝯditā intelligeres. Conſidera ergo nobilitē tuā. qm̄ ſicut deus vbiq; ē totus. oīa viuificans oīa mouens. ⁊ gubernans. ita tu in corpore tuo vbiq; tota es ſcḋm modū tuum. illud viuificās mouēs, ⁊ gubernās. Et ſicut deus ē viuit. ⁊ ſapit. ita tu ſcḋm moduȝ tuum es. viuis ⁊ ſapis. Et ſicut in deo tres ſunt pſone. pr̄ filius. ⁊ ſpiritus ſcūs. ſic ⁊ tu hēs tres vires. ſ. intellectū. memoriam. ⁊ voluntatē. Et ſicut ex pr̄e generatur fili⁹. ⁊ ex vtroq; ꝓcedit ſpiritus ſanctus. ita ex intellectu generatur volūtas. ⁊ his ambobus ꝓcedit memoria. Et ſicut deus ē pater. ⁊ deus ē filius. ⁊ deus eſt ſpūs ſanctus. non tn̄ tres dij. ſed vnus ē deus. ⁊ tres pſone. ita aīa eſt intellectus. aīa voluntas. aīa memoria. non tn̄ tres aīe. ſȝ vna anima. ⁊ tres vires. Ex q̇bus aīe viribus quaſi excellentiorib⁹ iubemur deum diligere. vt diligamus eū tota aīa. tota mente. toto intellectu tota voluntate. ⁊ tota memoria hoc eſt toto affectu ſine defectu cū diſcretiōis intuitu nec ſolus ſufficit de deo intellectus ad beatitudinem. niſi ſit in amorē eius volūtas. imo hec duo n̄ ſufficiunt. niſi memoria addatr̄. ꝙ ſp̄ in mente intelligētis. ⁊ volentis maneat deus. vt ſicut nulluȝ pōt eſſe momentū. quo hō non vtatr̄ vel fruatur dei bonitate. ⁊ miſericordia. ita nullū ſit momentuȝ quo eum preſentem non habeat in memoria.

Hic ꝓbatur aīa eſſe tāte dignitatis vt habilis ⁊ idonea ſit eſſē pr̄. ⁊ mr̄ xp̄i. c. lxviiij.

i Intellige dignitatē tuam nobilis creatura. qm̄ n̄ ſolum inſignita es dei imagine. verꝫ ēt decorata ſimilitudīe Sicut. n. creator tuus. qui te ad ſimilitudinē ſuā creauit ē charitas. bonus ⁊ iuſtus. ſuauis. ⁊ mitis. patiēs. ⁊ miſericors. ⁊ cetera inſignia. q̄ de eo leguntr̄. ita tu creata es. vt charitatē hēres. ⁊ eſſes mūda ⁊ ſācta pulchra. ⁊ decora mitꝭ. ⁊ humilis. q̄s virtutes quāto plus in te habebis. ⁊ tanto ꝓpinquior deo eris. ⁊ maioreȝ tui conditoris geris ſimilitudineȝ. Quid mai⁹ his tibi facere potuit: q̄ȝ vt ad ſimilitudinē ſuam te ꝯderet factor tuus. ⁊ eiuſdē. virtutum veſtimētis te ornaret. quibus ipſe ornatus eſt: Attēde igi

tur diligẽt̃ ꝓprie cõditiõis tue
excellentiam. ⁊ venerande san-
cte trinitatis imaginẽ i te ipsa co
gnosce honorẽq; similitudinis
diuine: ad quam creata es. habe
re stude nobilitate morũ: exerci
tio: virtutũ dignitate premiorũ:
vt quãdo apparebit q̃lis sit tunc
similis ei apparere possis. Simi
lis. n. similẽ q̃rit. ⁊ qualẽ te para
ueris deo talis necesse ẽ appare-
at tibi deus. Si ergo naturalem
pulchritudinẽ tuã i te reparaue-
ris. cõcupiscet rex decorẽ tuum:
q̃m ipse ẽ deus tuus: ipe amicus
⁊ spõsus. frater: ⁊ filius. Ipse. n.
dixit. Quicũq; fecerit volũtatez
patris mei: q̇ in celis est: ipse me
us frater: ⁊ soror: ⁊ mater ẽ. Au-
di quomõ virtus ⁊ sapiẽtia pa-
tris filius ẽ patris. verbũ patris.
volũtas ẽ patris. Volũtas homi
nis nihil alud ẽ q̃ȝ q̃dam proles
mẽtis. Si igit̃ eadẽ ẽ voluntas
tua: ⁊ voluntas patris: idẽ ẽ fili⁹
tuus: ⁊ filius patris. Veritas: sa
piẽtia: volũtas corde ↄcipit̃: ⁊ ex
corde generat̃. Si igit̃ idẽ vis. ⁊
idẽ sapis: qd̊ pater: tu eundẽ fi-
liũ habes: quẽ ⁊ pat̃. In te ẽ vtꝝ
sis pat̃. an mater: an potius: vtꝝ
q; : vtrũq; autez es ⁊ pater. ⁊ ma
ter: ñ tuo merito: ſ; dĩ dono. Po
tes cũ nãq; gignet̃ in corde tuo
⁊ in corde alieno. Potes eũ cõ-
cipe a corde tuo: ⁊ or e aliẽo. in
tellectu gignit̃: cõsensu ↄcipit̃: af
fectu nascit̃: effectu nutrit̃. Quã
do veritatẽ intelligis: vel alium
intelligere facis. christũ gignis

nosti volũtatẽ christi: ↄsenti ei. ⁊
ↄcepisti. Quãdo gignis es pat̃:
quãdo ↄcipis es mater. Amãdo
parturis. ⁊ nutris: sic sic in pote-
state cuiusq; relinq̇t̃ vtrumnã tã
te prolis mat̃ efficiatur. Maledi
cta ergo sterilis: q̇ nõ parit: que
talẽ filiũ ꝓ voto habere potuit.
Simılit̃ maledictus: qui non gi-
gnit. Nisi q̇a nõ eq̃ in nostra po
testate cõsistit veritatem itellige
re: ⁊ veritati cõsentire. Nõ enim
veritatẽ sꝑ intelligo: cum volo.
Intellecte aũt sꝑ consentio si vo-
luero. Velle tamẽ nõ possum ni
si gratia dei fuerit mecum. Nul
la ẽ. n. humana industria sine dĩ
gratia. Ex quo primus homo
peccauit. nature. bonum perdi-
dimus. pariter ⁊ arbitrij vigorẽ
sed non electionem. ne non esset
nostrum: vt emendaremus pec-
catum. In nobis nanq; manet
ad querendam salutem arbitrij
voluntas. i. rationalis voluntas
sed admonente: prius deo. ⁊ in
uitante ad salutem est: vt vel eli
gamus vel sequamur. Potesta
tis nostre est diuine inspiratio-
ni acquiescere ⁊ que ad salutem
nostram pertinent eligere ⁊ se-
qui. Diuini vero muneris est: vt
possimus adipisci. qd̊ sequendo
cupimus ↄsequi. Nostre potesta
tis est: ⁊ ignauie: vt labamur. Fe
lix hõ: qui sic ambulat sapienter
ne cadat: aut si ceciderit. vt stati
resurgat. Felicior vero ẽ: q̇ nun
q̃ȝ cecidit: Felicissimus autẽ ẽ: q̇
iam cum deo regnat.

Hic oſ̄ditur aīa ſancta ſemper ad recipiendum in ſe deū eē paratā. c. lxx.

f Elix hō ē. cui ꝓſto ē: cum voluerit ꝓr̄e deuꝫ. O quāta eſt dignitas hoīs. filiuꝫ ꝓr̄e deuꝫ: ⁊ quanta ē humilitas omnipotētis. ꝓr̄e hominē patrē ⁊ quanta ē nobilitas anime xp̄ꝫ ieſum habere ſponſum. Sancta ergo anima. ⁊ veri ſponſi amica ad dilecti ſui aduentum ſummo cum deſiderio ſemper debet inhiare. ⁊ parata. atqꝫ expedita eē vt pulſantem amicum abſqꝫ vlla dilationis iniuria poſſit ſuſcipere. ⁊ vocanti cum omni alacritate occurrere. ne ſubito. ⁊ inopiate adueniens minus promptaꝫ: ⁊ minus ornatā inueniat: vł diu excluſus diuturne preſtolatiōis vllam moleſtiam ſuſtineat. Aliđ autem eſt cū ipſo intrare: atqꝫ aliud ē ad ipſum exire. Ibi anima ad ſeipſaꝫ reuertitur. ⁊ cū dilecto ſuo vſqꝫ ad intima cordis ſui penetralia ingreditur. Hic extra ſemetipſam ducitur. ⁊ ad ſublimia ꝯtemplanda ſubleuatur. Quid namqꝫ ē eius introire. niſi ſe totā in ſemetipſam colligere: quid vero eſt eius exire: niſi ſeipſam extra ſemetipſam totā extēdeř. Nihil itaqꝫ aliud ē animā cuꝫ dilecto ſuo in cubiculū ingrediꝰ ⁊ ſolā cū ſolo morari: dulcedineqꝫ eiꝰ ꝑfrui niſi exteriorꝫ oīum obliuiſci. ⁊ in eius dilectiōe ſumme. ⁊ intime delectari. Se ſolā cum dilecto videt: quando exteriorꝫ oīuꝫ oblita ex ꝓpria ꝯſideratione i dilecti ſui dilectionē deſideriū ſuū purgat. ⁊ ex his: q̄ in intimis ſuis ꝯſiderat aīuꝫ ſuū in huiuſmōi affectū iſ̄lammat. ⁊ tā ex bonorꝫ ꝙ̄ ex malorꝫ ſuorꝫ ꝯſideratione ī gratiarꝫ actione aſſurgit. ⁊ hic ꝓ indulta venia intime đuotionis victimas perſoluit: vſqꝫ in intimum dilectus ꝑducitur: ⁊ in optimo collocatur. qn̄ ex intimo affectu ſuꝑ omnia diligitur. Cogita quid ſit: quod in vita tua ardētius dilexiſti: anxius ꝯcupiſti: qđ te iocundius afficiebat: ceteriſqꝫ omnibus profūdius delectabat Conſidera ergo ſi eandē affectionis violentiam: delectationiſqꝫ abundantiam ſentis: qn̄ in ſummi dilectoris deſiderium inardeſcis. quando in eius dillectione requieſcis. Cui dubium vt ꝙ intimum illum affectiōis tue ſinum necdum teneat. Si intime dilectionis aculeus aīam tuā minuſ penetrat. tepidus exagitat ꝙ̄ in alienis affectionibus aliquando penetrare. vel exagitare ſolebat. Sed ſi tantam prorſus: vel forte validiorē dilectionis violētiam in intimis tuis circa diuina ꝑſpexeris. ꝙ̄ alias nunquam exꝑtuſ fueris. vide adhuc ſi forte aliud aliquid ſit. in quo delectari vł cō ſolari poſſis. Certe quādiu poſſumus ex aliēa qualicūqꝫ re ꝯſolationē: vel iocūditatē cōciꝑe nōdum audeo dicere dilectū nr̄m

intimū ardentiſſimi amoris ſinū
tenere. Satage ergo: feſtia trahe
re eū adhuc o beata aīa: q̄s. n. ne
get illud intimū ad cordis hūa-
ni penetrale tales receſſus hēre
ſeu ēt obtinere poſſe: in quibus
ſummi ⁊ ſingularis amoris vio-
lentia: cū aliquid per affectū in-
fixerit: aliena omnino delectatio
ne auelli non poſſit: Certe ſi alie
nam aliquam ꝯſolationem que
ris: vel recipis: deū tuū q̄ꝫuis for
taſſe ſumme: nōdū ſingularit̄ di-
ligis. Nondū ergo in intimū ꝑ-
ducit̄: nondū in intimo collocat̄
Si ergo nō ſatagis introducere
eum ad intima tua: qūo te cre-
dam velle: vel poſſe ſeq̄ eum ad
ſublimia ſua: Certū ergo ſignuꝫ
tibi ſit aīa q̄cūqꝫ es: quod dilectū
tuum minus diligis: vel ab illo
minus diligeris: ſi ad theoricos
illos exceſſus nōdū vocaris. vel
vocanteꝫ ſequi nondū merueris
Qūo. n. ꝑfecte diligis: vel dilige
ris: ſi in ſummoꝝ deſiderio ad ſu
perna non repias ⁊ ad theoricoſ
illos conatus mentis alienatio
ne non tranſis: Vis noſſe q̄ ſub
limitas diuinaꝝ reuelationuꝫ ſit
manifeſtum diuine dilectiōis in
dicium: Jā non dicā inquit vos
ſeruos: ſed amicos: q̄ oīa: q̄ au-
diui a patre meo: nota feci vobiſ
Satage ergo deum tuū intime:
⁊ ſumme diligere: ⁊ omni hora
in diuine contēplationis gaudi
um ſūmo cū deſiderio anhelare
Collige te ipaꝫ ad temetipſaꝫ to
am. ⁊ in ſolo diuinitatis deſide
rio requieſce.

Aīa ꝑcipit erigere ſe ad ſubli
mia ꝯtēplāda. c. lxxi.

DEbet nāqꝫ aīa ꝑfecta: ⁊ aſ-
ſidue ſūmoꝝ ꝯtemplatio
ni dedita omni hora pere
grinatōis ſue terminū: ⁊ ergaſtu
li hui⁹ egreſſū cū ſūmo deſiderio
expectare: ⁊ ad illud diuine ꝯtē
plationis ſpectaculū: qd̄ in futu-
ra vita ſꝑamus: aīuꝫ ſuū ꝯponet̄
ſuſpēdere: ⁊ in eiuſmodi expe-
ctatione vehemēti deſiderio an
helare: vt qd̄ interius videt ꝑ ſpe
culū in enigmate: mereat̄ videre
facie ad facieꝫ. neceſſe ē itaqꝫ ad
cor altū aſcēdere: ⁊ mētis exceſ-
ſu ꝑ dn̄icā reuelationē addiſcet̄
q̄d ſit illud: ad qd̄ ſtudere vł ſpe
ctare oporteat: ⁊ ad q̄lē ſublimi
tatē hēat aīum ſuū ꝯponere. ⁊ aſ
ſueſcere. nā ſi ſemel ad illā lucife
rā angelice ſublimitatis glīam
admiſſus fuerit. ⁊ ad illud diui-
noꝝ luminū ſpectaculū īrat̄ me
ruerit q̄ꝫ intimis deſiderijs. q̄ꝫ ꝓ
fundis ſuſpirijs. q̄ꝫ inenarrabili-
bus gemitib⁹ eū qui eiuſmodi ē
putam⁹ īſiſtere: q̄ꝫ aſſidua recor
datiōe. q̄ꝫ iocūda admiratiōe. in
ſpectā claritatē credimus eū re-
tractare. mēteqꝫ reuoluere. Jllā
deſiderādo. illā ſuſpirando. illā
ꝯtēplando donec tandē aliquā
do in eandē imaginem tranſfor
metur a claritate in claritatē. tā
q̄ꝫ a domini ſpū: Verūtamen cū
ab illo ſublimitatis ſtatu ad noſ
metipſos redimus. illa que pri-
us ſupra noſmetipſos vidimus

in ea veritate vel claritate qua pri
us prospexim⁹ ad nostrã memo
riã omnino reuocare nõ possu-
mus. Et quis inde aliquid i me
moria teneam⁹: ⁊ quasi p mediũ
velũ: ⁊ velut in medio nebule vi
deamus. nec modũ quidẽ vidẽ-
di: nec qualitatẽ visionis cõpre-
hendere vel recordari sufficim⁹
⁊ mirũ i modũ reminiscẽtes nõ
reminiscimur: ⁊ nõ reminiscẽtes
reminiscimur: dũ vidẽtes nõ per
uidemus ⁊ aspiciẽtes nõ perspi-
cimus: ⁊ vidẽtes nõ penetram⁹
donec iterũ meditatione assurga
mus in cõtẽplationẽ: cõtempla-
tione in admirationem: admira
tione in mentis eleuationem.

Per veritatis cõtẽplationẽ eru
dit hõ ad iustitiã. cõsumatur ad
gloriã. Gratia contemplationis
cor ab omni mundano amore nõ
solũ emundat: sz sanctificat ⁊ ani
mũ ad celestiũ amorem inflam-
mat. Qui diuina inspiratione ⁊
reuelatione ad cõtẽplatiõis grãz
promouet. quasdaz arras future
illius plenitudinis accipit: vbi sẽ
piterne cõtẽplationi inherebit.
Qui vero cõtẽplationi veritatis
vult vacare. necesse ẽ vt discat re
quiescere nõ solũ ab opib⁹ malis
sz ẽt a cogitatiõibus superuacuis.
multi siquidẽ. ⁊ si sciant vacare
corpore. minime tamen valẽt va
care corde nescientes facere sab
batum ex sabbato: ⁊ iõ nõ valẽt
implere quod dicit in psalmo.
Uacate ⁊ videte qm̃ ego sum de
us. Uacantes siquidem corpore
sed vagantes vbiq₃ corde nequa
q₃ merent videre. q₃ dulcis ẽ do
minus ⁊ q₃ bonus israel ds hijs q
recto sũt corde. Jnde ẽ q hostes
deridẽt sabbata eorũ. i. ipsa sue va
cationis otia q cogitationes in-
utiles ptrahũt ⁊ p deuia queq₃
vago incessu sine respectu puen
tionis passiz huc ⁊ illuc vagant
Animus eorũ in diuersa rapit ⁊
nunc in hanc partẽ nunc in illã
discurrendo mira agilitate i con
traria agit. Sic sic q₃ diu sub ege
nis huius mundi elementis vi-
uim⁹ desideria nr̃a vltra gaudia
extendimus: qꝛ infinite plꝫa sunt
q̃ ꝯcupiscimus q₃ que in hac vi-
ta apprehendere possum⁹. Bea
ta autẽ illa supernorũ spirituum
mltitudo dsideria sua vltra gau
diorũ suorũ nõ extẽdit plenitudi-
nem que felicitatis sue infinitatẽ
vel imensitatẽ cõprehẽdere om
nino nõ sufficit. Est aũt illorũ gau
diũ nõ solũ de ꝯtẽplatione crea-
toris sz etiã in ꝯtẽplãdis eius cre
aturis. Dum. n. deuz in omnib⁹
suis operibus mirabilez inueni
unt: q̃d mirũ si vbiq₃ mirãdo ve
nerantur venerãdo mirant ma-
gnalia eius quẽ diligũt. Jnueni
unt itaq₃ nõ solũ i creaturis icor
poreis: sz etiã in creaturis corpo
reis vnde mirant. vnde creatorẽ
eorũ digne venerantur. Hec oia
iugiter mirant ⁊ contemplãtur.
Contemplantes mirantur: mirã
tes letantur. letantur de diuina

ↄtemplatione. Congratulant de mutua visione: mirant in rerum corporaliũ speculatione. Discamus ⁊ nos cõtemplantes mirari: ⁊ mirantes contemplari: quomodo illius superne beatitudis ciues omnia: que sub ipsis sũt indesinenter aspiciũt: omniumqꝫ: que ab alto vident rationez ⁊ ordinẽ comprehendunt: quomodo de mutua societate: insolubiliqꝫ caritate in infinitũ gaudeãt quomodo in illã diuine claritatis visionẽ insatiabiliter inardescant. Nihil est iocundius ⁊ nihil vtilius gratia cõtemplationis. Quanto amplius in celestiũ cõtemplatiõe delectaris: ⁊ delectãdo admiraris: tanto libenti⁹ immoraris: tãto diligentius pscrutaris: ꝓfundiusqꝫ illuminaris: sẽper in illis inuenies qꝺ mireris ⁊ vnde delecteris. Nusqꝫ ẽ copiosior materia admirãdi ⁊ nusqꝫ vtilior cã delectandi. In his ergo semꝑ sit tua admiratio: ⁊ delectatio: nec necesse erit alia ꝓ aliis querere: ⁊ ꝑ vanã huc illucqꝫ cogitationum euagationez discurrere. Deum nanqꝫ cognoscere plenitudo ẽ sciẽtie. Plenitudo autem huius scientie plenitudo est glorie. Consumatio gratie: ꝑpetuitas vite. Ad huius vero scientie plenitudinẽ opus est poti⁹ intima conpunctione qꝫ profunda inuestigatione. suspiriis qꝫ argumentis: crebris lamẽtatiõib⁹ qꝫ copiosis argumẽtatiõibus lacrimis qꝫ sentẽtiis: oratiõe qꝫ lectione: gratia lacrimarꝫ qꝫ scientia litterarũ: celestiũ potius ↄtẽplatione: qꝫ terrestrium occupatione.

Diui Bernardi abbatis Homelie sup euangelio Missus est.

Prologus

Scribere me aliquid deuotio iubet ⁊ ꝓhibet occupatio. Verũ tamen qꝛ ꝑpediente corpali molestia fratrum ad presens nõ valeo sequi conuentum: id tantillum ocii. qꝺ vel mihi de somno fraudans in noctibus ĩtercipere sinor: nõ sinam ociosum. Libet ergo tẽptare id potissimuz aggredi: qꝺ sepe aium pulsauit: loq̇ vz aliq̇d in laudibus virginis mr̄is sup illa lectione euangelica: in qua luca referente dominice annunciationis cõtinetur historia. Ad qꝺ sane opus eẽ faciẽdum: ⁊ si nulla fratrum quorꝫ me profectibus ꝺ seruire necesse est: vel necessitas vrgeat: vel vtilitas moueat. duz tamẽ ex hoc non impediar: quo ad queqꝫ necessaria minus paratus inueniar: non arbitror eos debere grauari: si proprie satisffacio deuotioni.

Lectio sci euangelii secundum Lucam.

In illo tpe missus ẽ angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth: ad virginem disponsa

tam viro: cui nomē erat ioseph: de domo dauid: ⁊ nomē v̄ginis maria. Et reliqua.

Omelia prima.

q Uid sibi vult euāgelista tot propria nomina rex in hoc loco tam signant exprimere. Credo ꝙ noluit nos negligenter audire: quod tā diligenter studuit enarrare. Noiat siquidem nuncium qui mittitur: deum a quo mittitur: virginē ad quā mittitur: sponsū quoq; virginis amborūq; genus: ciuitatē: ac regionem proprijs nominib⁹ designat. Ut qd hoc? putasne aliquid horū superuacue positum sit nequaquam. Si. n. nec foliū de arbore sine causa: nec vn⁹ ex passeribus sine patre celesti cadit super terram: putem ego de ore sancti euangeliste superfluū defluere verbum. presertim in sacra misteria verbi? Nō puto: plena quippe sunt omnia supernis misterijs: ac celesti singula dulcedine redundantia: si tamen diligentem habeant inspectorem qui nouerit sugere mel de petra oleūq; de saxo durissimo. Nēpe in illa die stillauerunt montes dulcedinē: ⁊ colles fluxerūt lac: ⁊ mel: quoniam rorantib⁹ celis desuper: nubibusq; pluētibus iustum. aperta ē terra leta germinans saluatorē: quādo domino dante benignitatem: ⁊ terra nostra reddente fructum suum super illum montem montiū: mōtem coagulatum ⁊ pinguē: misericordia ⁊ veritas obuiauerunt Si iustitia: ⁊ pax osculate sunt. Illo quoq; in tempore vn⁹ iste inter ceteros montes non modicus beatus hic videlicet euangelista: dum desideratū nobis nr̄e salutis exordiū suo ꝯmendauit eloquio: veluti austro: atq; e vicino sole radiante iustitie: quedā ex eo spiritualia profluxerūt aromata. Utinam etiam nunc deus emittat verbum suum: ⁊ liquefaciat ea nobis: per flet spūs e⁹. ⁊ fiant nobis intelligibilia verba euangelica: fiant in cordib⁹ nr̄is desiderabilia super aurum: ⁊ lapidem preciosum multum: fiant dulciora super mel: ⁊ fauum Ait itaq;.

Missus est angelus gabriel a deo: non arbitror hunc angelū de minoribus esse. qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod ⁊ ex eius nomine palam intelligi datur: quod interpretatum fortitudo dī dicitur. Et quia nō ab alio aliquo forte excellentiori se: vt assolet: spiritu: sed ab ipso deo mitti prohibetur propterea hic ergo positum est: a deo. Uel iō dictum est a deo: ne cui beatorū spirituum suum deus ante ꝙ virgini reuelasse putetur consiliū excepto dūtaxat arcāgelo gabriele: q̄ vtiq; tāte inter suos potuit

inueniri excellētie: vt talia noīe dign⁹ haberetur: et nūcio. Nec dis cordat nomie a nuncio. Dei q̄p pe vͭutē xp̄m: quē meli⁹ nūciare decebat: q̄ hūc: quē simile nomē honorat. Nā quid aliud est fortitudo q̄ virtus: nō aūt indecēs aut icongruū videbat dn̄m: et nūciū cōi censeri vocabulo: cum similis in vtroq̄ appellatōis: non sit tn̄ vtriusq̄ similis cā. Aliter q̄ppe xp̄s fortitudo: vel virtus dei dicitur: aliter angelus. Angel⁹ eni tantum nūcupatiue: xp̄s aūt etiā sustātiue. Christus dei virt⁹ dicitur: et est: qui forti armato: qui suum atrium in pacce custodire solebat: fortior superueniēs: ipsum suum brachio debellauit: et sic ei vasa captiuitatis potenter eripuit. Angelus vero fortitudo dei appellat⁹ ē: vel q̄ huiusmodi meru erit p̄rogatiuā officij: quo eiusdē nūciaret aduētū virtutis: vel quia virginem natura pauidam simplicem: verecundam. de nouitate miraculi nō expauescere confortare deberet. Quod et facit ne timeas inq̄ens maria: inuēisti enim gratiam apud deum. Sed et ipsum sponsum hominem vtiq̄ nihilominus humilem: ac timoratū nō irrationabiliter forsitā idē angelus confortasse creditur: q̄q̄ tunc ab euangelista non nominetur. Joseph inquit filij dauid noli timere accipe mariam coniugē tuā. Cōuenienter itaq̄ gabriel ad hoc opus eligitur: imo q̄a illi tantū negociū iniungitur recte tali nomine designatur. Missus ē ergo angel⁹ gabriel a deo quo.

In ciuitatē Galilee cui nomē nazareth. Videam⁹: si: vt ait nathanael: a nazareth pōt aliq̄d boni esse. Nazareth interp̄tatur flos. Videtur autē mihi quoddaz semē fuisse diuine cogitatiōis tā q̄ e celo iactatū in terras allocutiones: et p̄missiōes facte celitus ad p̄res habraā. s. ysaac. et iacob De quo semine scriptum ē. Nisi dominus sabaoth reliq̄sset nobis semē sicut sodoma fuissem⁹. et sicut gomorra similes essem⁹. Floruit autē hoc semē in mirabilibus: q̄ ostēsa sūt in exitu israel de egypto: in figuris: et enigmatib⁹ p totuz iter in deserto vsq̄ in terram promissionis. et deinceps in visionibus: et vaticinijs prophetarū. i. ordinatōe quoq̄ regni: ac sacerdotij vsq̄ ad xp̄z: christus antē huius seminis: et hoꝝ florū nō merito fructus esse intelligitur: dicēte dauid: dominus dabit benignitatē. et terra nostra dabit fructū suum. Et iterum de fructu vētris tui ponam sup sedē tuam. Jn nazareth ergo nūciatur xp̄s nasciturus: q2 in flore sperattur fructus p̄cessurus. Sed prodeunte fructu flos decidit: q2 vͭitate apparēte in carne figura ptransit. Unde et nazareth ciuitas galilee dicitur. i. trāsmigratiōis: qui nascēte xp̄o illa oīa trāsierunt: que supius enumerauit: que vt ait apostolus: in figura contingebant eis.

Hoc ergo flores:nos qui iã fru
ctũ tenemus.ptransisse videm⁹.
Et dũ adhuc florere videbantur
trãsituri puidebantur.Unde da
uid.Mane sicut herba trãseant.
mane floreat.ꝛ trãseat.vespe de
cidat.induret.ꝛ arescat. Vespe
etenĩ.i.qñ venit plen itudo tpis
i quo misit deus vnigenitũ suuz
factũ ex mulier factũ sub lege di
cẽte ipso.ecce noua facio.oĩa.ve
tera trãsierũt.ꝛ disparuerũt.quo
modo i nouitate sub crescẽtis fru
ctus flores decidũt.ꝛ arescũt .vn
de rursũ scriptũ ẽ.Fenũ aruit. ꝛ
decidit flos . vbum aũt dñi ma
net i eternũ.Credo nõ ambigis
quin vbũ fructus sit. vbum aũt
xp̃s ẽ.Bonus itaqȝ fructus xp̃s
q̃ manet in eternũ. Sȝ vbi est fe
nũ.qd aruit:vbi flos.q̃ decidit:p
pheta respõdeat.oĩs caro fenũ ꝛ
oĩs gloria eius tanq̃ȝ flos feni.
Si ergo oĩs caro fenũ.ergo car
nal' ille populus iudeoꝝ fenũ fu
it.An nõ fenũ aruit idẽ populus
ab oĩ spũs pinguedie vacuus.sic
ce littere adhesit?An nõ . ẽt flos
dcidit.quãdo gloriatio. quã ha
bebãt i lege remãsit?Si flos non
dcidit vbi ergo regnũ? vbi sacer
dotiũ.vbi pphete.vbi tẽplũ.vbi
deniqȝ magnalia illa.d qb⁹ glo
riari solebãt.ꝛ dicere. quãta au
diuim⁹.ꝛ cognouim⁹ ea. ꝛ pr̃es
nostri narrauerũt nobis.Et iteꝝ.
Quãta mãdauit patribus nr̃is
nota facere ea filijs suis .Et hec
dicta sint p eo. qd positum ẽ in
nazareth ciuitatẽ galilee.In illã
ergo ciuitatẽ missus ẽst angelus
gabriel a deo.Ad quẽ.Ad virgi
nẽ desponsatam viro . cui nomẽ
erat.ioseph. Que ẽ hec virgo tã
venerabilis.vt salutet ab angelo.
tam humilis.vt despõsata sit fa
bro.Pulchra pmixtio virginita
tis.ꝛ humilitatis.Nec mediocri
ter placet deo illa aĩa i q̃ ꝛ humi
litas cõmẽdat virginitatẽ.ꝛ vir
ginitas exornat humilitateȝ.Sȝ
quãta putas veneratione digna
ẽ.i qua humilitatẽ exaltat fecun
ditas.partus ꝯsecra virginitatẽ
humilis. Audis virginẽ . audis
humilẽ.Si nõ potes virginitatẽ
humilis imitare hũilitatẽ virgi
nis. Laudabilis virtus virgini
tas.sȝ magis hũilitas necessaria.
Illa ꝯsulit.ista pcipit. Ad illã iui
taris.ad istã cogeris.De illa di
cit q̃ põt cape capiat. de ista di
cit.nisi q̃s efficiat.sicut paruulus
iste.ñ itrabit i regnũ celorũ. Illa
ergo remunerat.ista exigit.Po
tes deniqȝ sine virginitate salua
ri.sine humilitate nõ potes.Po
test iquã placer humilitas. q̃ vir
ginitatẽ deplorat amissam . sine
humilitate aũt audeo dicer nec
virginitas marie deo placuisset.
Sup quẽ inquit requiescet spiri
tus meus. nisi sup humilem . ꝛ
quietum . Sup humilem dixit.
non sup virginem.Si igitur ma
ria humilis non esset . sup eam
spiritus sanctus nõ requieuisset.
Si sup eam non requieuisset.nõ
ipregnasset.Quomodo.n.de ip
so.sine ipso cõcipet.Patet itaqȝ

ꝗa: vt de spiritu sancto conciperet
sicut ipsa ꝓhibet. respexit dñs hu
militatē ancile sue potiꝰ ꝗ̄ virgi-
nitatē. Et si placuit ex ꝟginitate
tamen ex humilitate concepit.
Unde ꝯstat. qꝛ etiam vt placeret
virginitas. ꝓculdubio hūilitas
fecit. Quid dicis virgo superba:
maria se virginē oblita gloriaꝛ d
humilitate. ⁊ negligēdo humili
tatē blādiris tibi de virginitate.
Respexit ait illa deꝰ humilitatē
ancille sue. Que illa: Uirgo. san
cta. virgo sobꝛia. ꝟgo ꝺuota. Nū
ꝗd tui castioꝛ illa: Nūꝗd ꝺuoci
oꝛ. aut nūꝗd tua forte pudicitia
gratioꝛ chastitate marie: vt tu. s.
sine hūilitate placeꝛ sufficias ex
tua virginitate. qꝺ illa nō potu-
it ex sua. Dēiqꝫ quāto honorabi
lioꝛ es ex singulari mūeꝛ castiga
tio me: tanto tibi tu maiorē iniu
riā facis. ꝙ eiꝰ i te decorē fedas ꝑ
mixtiōe suꝑbie. Alioqn expedit
tibi virginē n̄ eē ꝗ̄ ꝺ virginitate
suꝑbire. ⁊ isolescerꝛ. Nō oium ꝗ-
dē ē virginitas. multo tn̄ paucio
rū ē cū virginitate hūilitas. Si
ergo virginitatē i maria n̄ potes
nisi mirari stude hūilitatē imita
ri. ⁊ sufficit tibi. Quid si virgo: ⁊
humilis es: ꝗsꝗs es. Est tn̄ aliꝗd
maius qꝺ mireris i maria. s. cum
virginitate fecunditas. A seculo
n̄. n̄ ē auditū: vt aliꝗ̄ simul ma-
ter esset. ⁊ virgo. O si cuius mrꝛ
attēdas: quo te tua sꝑ eius mira
bili celsitudine ducet admiratio.
Nōne ad hoc: vt te videas nec sa
tis posse mirari. Nōne tuo imo
veritatꝭ iudicio illa. ꝗ deū hūit fi
liū suꝑ oēs etiam choros exalta
biꝛ angeloꝛū. An nō deū. ⁊ dñm
angeloꝛū maria suū audacꝭ ap-
pellat filiū dicētis: fili ꝗd fecisti
nobis sic. Quis hoc audeat an-
geloꝛū. Sufficit eis: ⁊ ꝓ magno
hn̄t ꝙ cū sint spūs ex cōditiōe. ex
gr̄a facti: ⁊ vocati sūt angeli testā
te dauid. Qui facit inꝗt angelos
suos spūs. Maria ꝟo matrē se
agnoscēs maiestatē illā cui illi cū
reuerētia seruiunt. cū fiducia su
um nūcupat filiū. Nec ꝺdignaꝛ
nūcupari deus qꝺ eē dignatꝰ ē.
nā paulopost subdit euāgelista
Et erat inꝗens subditus illis. ꝗs
Quibus deus hoibus. deꝰ inꝗ̄
cui angeli subditi sunt cui prin-
cipatꝰ. ⁊ potestates obediūt: subi
ectus erat marie. nec tātū marie
sed etiā ioseph ꝓpter mariā. Mi
raꝛ ergo vtrūlibet. ⁊ elige ꝗd am
plius mireris siue filij benignissi
mā dignationē siue matris exce
lētissimā dignitatē. Utrūqꝫ stu-
poꝛ. vtrūqꝫ miraculū ē. Et ꝙ deꝰ
femine obtēꝑet. humilitas absqꝫ
exēplo: ⁊ ꝙ femina deo pricipeꝛ.
sublimitas sine socio. In laudibꝰ
virginū singulariꝭ canitꝛ ꝙ sequū
tur agnū quocūqꝫ ierit. Quibꝰ
ergo laudibꝰ iudicas dignā. ꝗ ēt
pariter. Disce hō obedire: disce
terra subdi. disce puluis obtēpe-
rare. De auctore tuo euāgelista
loquēs. ⁊ erat inquit subditus il
lis. haud dubiū quin marie: ⁊ io

seph. Erubescē sup̄be cinis. De
us se humiliat ⁊ tu te exaltas. De
us se hominibus subdit ⁊ tu do
minari gestiēs hominibus: tuo
te preponis auctori. Utinā mi
hi aliquando tale aliquid cogi
tanti deus respondere dignetur
ꝙ ⁊ suo increpando apostolo re
spondit. Vade inquit post me sa
thana: quia nō sapis ea que dei
sunt. Quotiens enim hominibꝰ
preesse desidero: totiens deo me
vni preire contendo: ⁊ tunc vere
non sapio ea que dei sunt. De ip
so nanqꝫ dictum est. ⁊ erat subdi
tus illis. Si hominis o hō imita
ri dedignaris exemplum: certe
nō erit tibi indignū sequi aucto
rē tuū. Si nō potes forsitan seq̄
cū quocunqꝫ ierit dignare vel se
qui quo tibi cōdescēdit. Hoc est
si nō potes sublimē incedere se
mitā virginitatis. sequere vel de
um ꝑ tutissimā viā humilitatis.
A cuius rectitudine si qui etiaꝫ
de virginibus deviauerint. vt ve
rū fatear. nec ipsi sequunt̄ agnuꝫ
q̄cūqꝫ ierit. Sequit̄ quidē agnuꝫ
coinq̄natus humilis. sequit̄ ⁊ su
ꝑbus virgo: sꝫ neuter quocunqꝫ
ierit. qꝛ nec ille ascēdere pōt ad
mundiciam agni: qui sine macu
la est: nec is ad eiusdem māsue
tudinem descēdere dignat̄. qua
scilicet nō solū corā tundente
se: sꝫ coraꝫ occidēte se obmutuit.
Attamē salubriorē elegit sequē
di partē in humilitate peccator:
q̄ȝ in virginitate superbus. cuꝫ ⁊

illius immundiciā suā humilis sa
tisfactio purget. ⁊ huius pudici
tia superbia inquinet. Sed felix
nimis maria cui nec humilitas
defuit nec virginitas. Et quideꝫ
virginitas singularis: quā nō te
merauit sꝫ honorauit fecūditas.
Et nihilominus specialis humi
litas: quam non abstulit: sed ex
tulit fecunda virginitas ⁊ incor
poralis prorsus fecunditas. quā
virginitas simul comitatur ⁊ hu
militas. Quid horum non mira
bile. Quid non incomparabile
Et quid non singulare. Mirum
vero si non hesitas in eorum pō
deratione: quid tua iudices di
gnius admiratione: vtrum vide
licet potius stupenda sit fecundi
tas in virgine an in matre inte
gritas sublimitas in prole: an cū
tāta sublimitate hūilitas nisi ꝙ
indubitanter horꝫ singulis prefe
renda sunt simul cūcta ⁊ incom
parabiliter excellentius est atqꝫ
felicius oīa percepisse q̄ȝ aliqua.
Et quid mirꝫ si deus qui mirabi
liter legitur ⁊ cernitur in sanctis
suis: mirabiliorē se se exhibuit in
matre sua. Veneramini ergo cō
iuges in carne corruptibili car
nis integritatem. Miramini eti
am vos sancte virgines in virgi
ne fecunditateꝫ. Imitamini oēs
homines dei matris humilitatē
honorate sancti angeli vestri re
gis matrem qui nostre virginis
adoratis prolē. Ipsum vtiqꝫ no
strū pariter ac vestruꝫ regem no

ſtri generis redēptorē: veſtre ci-
uitatis reſtauratorē: cuius apud
vos tā ſublimis: inter nos tā hu
milis a vobis pariter ⁊ a nobiſ ō
tur dignitati debita reuerētia: ⁊
dignationi honor ⁊ gloria in ſe
cula ſeculoꝝ amen.

Homelia .ij.

n Ouū quidē cāticū illud
qđ ſolis in regno dei da
bitur cātare virginibus.
Ipſā virginū reginā cū ceteris:
imo primā inter ceteros eē can-
taturā nemo qui ambigat. Pu-
to aūt illā preter illud ſolis licet
cum oibus tñ virginibus ei vt di
xi cōe erit. dulciori quodā ⁊ ele-
gātiori carmine letificaturā eē ci
uitatem dei. Cuius vtiq͛ dulciſo
nos depromere vel exꝑmere mo
dulos: ne ipſaꝝ quidē virginuꝫ
vlla digna inuenietur: quia ſoli
merito decantādū ſeruať: q̄ ſola
de partu ⁊ partu diuino gloriať.
Gloriať dixerim de partu nō i ſe
ſꝫ in ipſo quē peperit. Deus ſiq̄-
dem deus. n. eſt quē peperit: ma
trē ſuā ſigulari in celeſtibus do-
naturus gloria ſingulari in ter-
ris preuenire curauit ⁊ gratia q̄
videlicet ieffabiliter ⁊ itacta ↄci-
peret ⁊ pareret icorrupta. Por
ro deū decebat huiuſcemodi na
tiuitas: q̄ꝫ nō niſi de virgine na-
ſcereť. Talis ⁊ ↄgruebat virgini
ꝑtus: vt ñ pareret niſi deū. Pro
inde fateor hoiuꝫ vt hō fieret na
ſciturus de hoie. talē ſibi debuit
ex oibus eligere: imo ↄdere ma-
trē: qualē ⁊ ſe decere ſciebat: ⁊ ſi
bi nouerat placiturā: voluit ita-
q͛ eē virginē de qua imaculata
imaculatus ꝓcederet oium ma-
culas purgaturus. Voluit ⁊ hu
milē de qua mitis ⁊ humilis cor
de ꝓcederet haꝝ i ſe ꝟtutū neceſ
ſariū oibꝰ ſaluberrimūq͛ exēplū
oñſurus. dedit ergo virgini ꝑtū
q̇ ei iā ante ⁊ virginitatis inſpira
uerat votū: ⁊ humilitaťi ꝓrogaue
rat meritū. Alioq̇n quō angeluſ
in ↄſequētibus eaꝫ gratia plena
ꝓnūciat. ſi quidpiā vel parū boni
qđ ex gratia nō eſſet hēbat. Ut
igitur que ſanctū ſcōꝝ ↄceptura
erat pariter ⁊ paritura ſācta eēt
corpore. accepit donū virginita-
tis vt eſſet ⁊ mente accepit hu-
militaťi. His nimiꝝ virgo regia
gēmis ornata virtutuꝫ: gemino
q͛ mentis pariter ⁊ corporis de-
core ꝓfulgida ſpecie ſua ⁊ pulcri
tudine ſua in celeſtibus cognita
celi ciuiū i ſe ꝓuocauit aſpectꝰ ita
vt ⁊ regis aium i ſui ↄcupiſcētiā
inclinaret ⁊ celeſtē nunciū ad ſe
educeret de ſupnis. Et hoc ē qđ
euāgeliſta nobis cōmēdat: cū an
gelū ꝓhibet a deo deſtinatuꝫ ad
virginē. A deo inq̇t ad ꝟginē. i.
a celſo ad humilē. a dño ad an-
cillā. a creatore ad creaturā. q̄ꝫta
dignatio dei q̄ꝫta ꝟginis excellē
tia. Currite mřes: currite filie: cu
rite oēs q̄ pꝰ euā ⁊ ex eua ꝑtu-
rimini cuꝫ triſtitia ⁊ parturitis.
Adite ꝟginalē thalamū: igredi-
mini ſi poteſťi pudicū ſororis vře
cubiculū. Ecce. n. deꝰ mittit ad ꝟ
ginē. ecce affať angelus mariaꝫ

Appōite aurē pieti ⁊ auscultate
q̄d nūciet ei.si forte audiatis vñ
ꝯsolemini. Letař př Adā: sꝫ ma
gis Eua mř exulta. q̄ sicut oium
parētes. ita fuistis oiuꝫ ꝑempto
res. ⁊ ꝙ infelicitꝰ est prius ꝑem
ptores. q̄ꝫ ꝑētes. Ambo inquaꝫ
ꝯsolemini sup filia. ⁊ tali filia. sꝫ
illa amplius. de q̄ malū ortū est
priꝰ. cuiꝰ opprobriū in oēs ꝑtrā
sijt mulieres. Instat nanqꝫ tp̄s q̄
iā tollatur opprobriū. nec hēat
vir quod causetur aduersus fe
minam. q̄ vtiqꝫ dū se impudēter
excusare conaretur, crudelit̃ illā
accusare nō cunctatus est dicēs
Mulier quā dedisti mihi dedit
mihi de ligno: ⁊ cōedi. Propte
rea curre eua ad mariā: curre
mř ad filiā filia ꝓ te mře rñdeat
Ipsa matris opprobria auferat
ipsa přī pro te matre satisfaciat.
Qꝛ ecce si vir cecidit ꝑ feminaꝫ
iā non erigitur nisi ꝑ feminam.
Quid dicebas o adā: Mulier
quā dedisti mihi de ligno dedit
mihi. ⁊ comedi. Uerba malicie
sunt hec: q̄bꝰ magis augeas q̄ꝫ
deleas culpā. Uerū sapia vin
cit maliciā. cū occasionē venie.
quā a te deus iterrogādo elicer
tēptauit. sed nō potuit. i thesau
ro indeficiētis sue pietatis inue
nit. Reddiť nempe femina ꝓ fe
mina. prudēs pro fatua. humil
ꝓ supba. que ꝓ ligno mortis gu
stum tibi porrigat vite. ⁊ ꝓ vene
noso cibo illo amaritudis dulce
dinē pariat fructus eterni. Mu
ta igiť verbū inique excusatiōis
in vocē grāx actiōis. ⁊ dic. Dñe
mulier quā m dedisti mihi dedit
mihi de ligno vite ⁊ cōedi. ⁊ factū
ē dulce sup mel in ore meo. qꝛ in
ipo viuificasti me. ecce. n. ad hoc
missus ē angelus ad v̊ginē. O
admirandā ⁊ omni honore di
gnissimā v̊ginē. O feminā singu
lariter venerādā: sup oēs feias
admirabilē ꝑemptoꝝ repatricē
posteroꝝ viuificatricē. Missus
est inq̄t angelus ad v̊ginē: Uir
ginē carne. virginē mente. v̊giēꝫ
ꝓfessione virginē deniqꝫ qualeꝫ
describit apostolus. mēte ⁊ cor
pore scām. nec nouiter nec for
tuitu inuentā. sꝫ a seculo electaꝫ
ab altissimo ꝑcognitā. ⁊ sibi ꝑpa
ratā. ab angelis seruatā. a přibꝰ
ꝑfiguratā. a philosophis ꝓmissā
Scrutare scripturas: ⁊ proba. q̄
dico. Uisne aliqua ego ex his te
stimōia hic inserā: Ut pauca lo
quar de pluribus: quā tibi aliaꝫ
deus ꝑdixisse videť. qñ ad serpē
tē ait inimicitias ponā inter te ⁊
mulierē. Etsi adhuc dubitas an
d̊ maria dixerit. audi qd̊ seq̄tur
Ipsa ꝯteret caput tuū. Cui hua
ta est victoria hec nisi marie. Ip
sa ꝓculdubio caput ꝯtriuit ve
nenatū. que omnimodā sugge
stionē maligni tā d̊ carnis illece
bra. q̄ꝫ d̊ mētis supbia duxit ad ni
hilū. Quā v̊o aliā salomon q̄re
bat. cū dicebat. mulierē fortē q̄s
inueniet: Nouerat q̄ppe vir sa
piens huius sexus infirmitateꝫ
fragile corpus. lubricā mētē: qꝛ
tamē legerat deū ꝓmisisse: ⁊ ita

videbat ꝯgruere. vt q̇ vicerat ꝑ
feminam vinceretur ꝑ ipsa3: ve
hemēter admirās aiebat. Mu⸗
lierem fortē q̇s inueniet. quod ē
dicere. Si ita de manu femīe pē
det nr̄a ⁊ oīu3 salus ⁊ innocen⸗
tie restitutio ⁊ de hoste victoria
fortis oīo necesse est vt ꝓindicat
que ad tantum opus possit esse
idonea. Sed mulierē fortē quis
inueniet: Ac ne hoc q̇sisse videa
tur desperando: subdit ꝓphetā
do: ꝓcul ⁊ de vltimis finibus ꝓ
cium eius. Hoc est nō vile: non
ꝑuū: nō mediocre: nō dēiq3 ď ter
ra: sed de celo: nec de celo ꝓxio
terris ꝓciū huius mulieris fort:
s3 a sūmo celo egressio eiꝰ. Quid
deinde rubꝰ ille mosaycꝰ portē⸗
debat flāmas. q̇dē emittēs: sed
nō ardēs: nisi mariā parientē3: ⁊
dolorē nō sentientē: Quid rogo
virga aarō florida: nec hūectata
nisi ipsā ꝯcipientē: Cuius viꝝ nō
cognoscentē. huiꝰ magni mira⸗
culi maius misteriū ysaias edise
rit dicēs. Egredietꝛ virga de radi
ce iesse: ⁊ flos de radice eiꝰ ascen
det. Virgā virginē: florē virgi⸗
nis partū intelligens. S3 si tibi
ꝙ nunc in flore xp̄s itelligi dicitꝛ
suꝑiori videtꝛ aduersari sentētie:
qua nō virge flore: sed floris fru
ctu designari videbatꝛ: noueris i
eadem aaronica virga: que non
solum floruit: sed ēt fronduit: ⁊
fructum emisit. non solu3 flore:
vel fructu. sed ⁊ ipsis ēt frondi⸗
bus eundem significari. Noue⸗
ris ⁊ apud moysē nec fructu vir
ge: nec flore. s3 ipsa virga ďmon
strari. Illa vtiq3 virga: q̄ feriente
a quo vel diuiditur transituris:
vel de petra excutitur bibituris
Nullū aūt inconueniēs ē: diuer
sis ex rebꝰ. diuersis ex causis xp̄3
significari. ⁊ in virga q̇dē poten
tiam. in flore vero fragrantiā in
fructu aūt saporis dulcedinē in
frondibꝰ quoq3 sedulā eiꝰ intel
ligi ꝓtectionem. qua v3 paruu⸗
los ad se ꝯfugientes sub vmbra
alaꝝ suaꝝ protegere non desinit
siue ab estu carnaliū desiderioꝝ
siue a facie impioꝝ: qui eos affli
xerunt. Bona ⁊ desiderabilis.
vmbra sub alis. iesu. tutum ē fu⸗
gientibus refugium. gratū fessis
refrigeriū. Miserere mei dn̄e ie
su xp̄e. miserere mei. qm̄ in te cō
fidit aīa mea. ⁊ in vmbra alaru3
tuaꝝ sperabo. donec transeat ini
quitas. In hoc tn̄ ysaie testionio
florem filium virgam intellige
matrem. quoniam ⁊ virga floru
it absq3 germine. ⁊ virgo ꝯcepit
non ex hoīe: nec virge virorē flo
ris lesit emissio nec virginis pu
dorem sacri ꝑtus editio. Prose
ramus ⁊ alia virgini mr̄i. deoq3
filio ꝯgrua de scripturis testio⸗
nia. Quid illud gedconis signi
ficat vellꝰ: qď vtiq3 de carne tō
sū: sed sine vulnere carnis i area
ponitur. ⁊ nunc q̇dē lana nunc
vero area rore perfunditur. nisi
carnem assumptā de carne vir
ginis ⁊ absq3 detrimento ꝟgini
tatis. Cui vtiq3 distillātibus ce⸗
lis tota se īfūdit plenitudo diui

nitatis:adeo:vt ex hac plenitu-
dine omnes accipiamus.q̇ ve ſi-
ne ipſa nō aliud ꝗ terra arida ſu-
mus.Huic quoq; gedeonico fa
cto pulchre propheticū dictū ſa-
tis cōuenire videtur. vbi legit.
Deſcēde ſicut pluuia in vellus.
Nam per hoc ꝙ ſequitur.⁊ ſicut
ſtillicia ſtillātia ſup terram. idē
intelligi datur.qd̓ pinuenta rore
madida areaz. pluuiam nempe
voluntariā ꝗ ſeggregauit deus
hereditati ſue.placide pri⁹.⁊ abſ
q; ſtrepitu opationis humane.
ſuo ſe quietiſſimo lapſu virgineū
demiſit in vterū. Poſtmodū ve
ro vbiq; terraruz diffuſa eſt per
ora p̄dicatorū. nō iam ſicut plu-
uia ī vellus ſ; ſicut ſtillicidia ſtil
lantia ſup terram cum quodam
vtiq; ſtrepitu verborū .ac ſonitu
miraculorum.Siquidē recorda
te ſunt nubes ille. que portabāt
pluuiam: preceptum ſibi fuiſſe
cuz mitterentur. Quod dico vo
bis ī tenebris dicite in lumine:⁊
ꝙ in aure auditis.predicate.ſup
tecta. Qd̓ ⁊ fecerūt. Et enim in
omnē terrā exiuit ſonus eoruz.⁊
in fines orbis terre v̇ba eoꝝ. Au
diamus ⁊ ieremiam noua veteri
bus vaticinantē quem preſentez
monſtrare nō poterat. vēturum
ardenter deſiderabat.⁊ fideni ꝓ
mittebat.nouum inq̇t cedit do
minus ſuper terram femina cir
cundabit viruz. Que ē hec femi
na.Quis vero iſte vir.Aut ſi vir
quomō a femina circundari po-
teſt. quomō vir.Et vt aptius di-

ca; quomodo poteſt ſimul.⁊ vir
eē:⁊ in vtero matris hoc eſt eniz
a femina circundari.nouim⁹.vi-
ros:q̇.ſ.infantiam.pueritiam.⁊
adoleſcentiā.atq; iuuentutē trā-
ſeuntes.ad gradū vſq; ſenectuti
proximū prouenerūt.Qui ergo
a deo iā grandis eſt quomodo a
femina circūdari poteſt.Si dixiſ
ſet femina circūdabit īfantē. vel
femina circūdabit paruulū.nec
nouum videret.nec mirum:nūc
autē quia nihil tale poſuit.ſed di
xit virum q̄rimus q̇ ſit hec noui-
tas quā fecit dominus in terra:
vt femina circundaret virū:⁊ vir
ītra feminei vniuſ corpuſculi mē
bra ſeſe cohiberet.Quid eſt hoc
miraculū:nūq̇d poteſt homo. vt
ait nicodemus in vētrē mr̄is ſue
iterato introire.⁊ renaſci: Sz v̇-
to me ad ꝯceptū. partūq; virgi-
nalē:ſi forte inter plurima noua
ac mira q̇ ibi ꝓfecto inſpicit q̇ di
ligenter inq̇rit.etiā hāc.quā pro
pheta ꝓtulit repiam nouitatē.
Porro ibi agnoſcitur lōgitudo
breuis latitudo āguſta. altitudo
ſubdita profunditas plana. Ibi
agnoſcit lux nō lucēs v̇bū īfans
aq̄ ſitiēs:panis eſuriēs.videas.ſi
attēdas.potētiā regi. ſapiētiā in
ſtrui virtutē ſuſtētari:deū deniq;
lactētē. ſ; angelos reficientem.
vagientē.ſ; miſeros conſolantez
vides ſi attendas triſtari leticiaz
pauere fiduciam. ſalutem pati:
vitam mori. fortitudinem infir-
mari. Sed quod non minus
mirandum eſt. Ipſa ibi cer-

nit.tristicia letificās. Pauor cō
fortās passio saluās:mors viuifi-
cās.īfirmitꝰ roborās. Cui iam
illud quoqꝫ nō occurrat qđ q̄re-
bā: Nunq̇d nō facile tibi est int
hec feminā agnoscere viꝝ circun
dantē. animi mariā videas virū
approbatū adeo iesuꝫ suo vtero
cōplectentē: virū autē dixerim
iesū fuisse:non solū cū iā diceret.
vir ꝓpheta potens:in opꝫ: ⁊ ser
mone:sꝫ etiā cū tenera adhuc in
fantis đi membra mat̄ blādo vel
refoueret in gremio:vel duraret
ī vtero.vir igit̄ erat iesus nec dū
natꝰ:sꝫ sapientia nō etate:animi
vigore nō corporis : maturitate
sensuū:nō corpulētia mēbrorꝫ.
Neqꝫ.n.minus sapie habuit.vel
potiꝰ nō minꝰ fuit sapia đi iesus
ꝯceptus:q̄ꝫ natus:paruꝰ q̄ꝫ ma-
gnus. Siue igit̄ latēs in vtero:si
ue vagiēs in ꝑsepio.siue iā grādi
usculus īterrogans doctores in
tēplo.siue iā ꝑfecte etatis docēs
in populo. eq̄ ꝑfecto plenꝰ fuit
spū sancto. Nec fuit hora:in qua
cūqꝫ etate sua: q̄ de plenitudine
illa:quā ī sua cōceptione accepit
in vtero. vel aliq̇d minueret̄.vel
eidē aliq̇d adiceretur.sꝫ a princi
pio ꝑfectꝰ:a principio inquā ple
nꝰ fuit spū sapie:⁊ intellectꝰ: spū
ꝯsilij. ⁊ fortitudīs:spū scie:⁊ pieta
tis.⁊ spū timoris dn̄i. Nec te mo
ueat ꝙ đ eo legers ī alio loco ie-
sus dr̄ ꝓficiebat sapia:etate ⁊ gra
tia apđ dn̄ꝫ.⁊ hoīes. Nā qđ đ sa-
piētia hic.⁊ gr̄a dictū ē nō scđm
ꝙ erat.sꝫ scđꝫ ꝙ apparebat intel
ligēdū ē. Nō q̄r vꝫ aliq̇d nouuꝫ
ei accideret qđ an̄ nō hr̄et sed ꝙ
accidere videret̄:qn̄ volebat ipe
vt videret̄. Tu hō cū ꝓficis. nec
qn̄ nec quātū vis ꝓficis.sꝫ te ne
sciēte tuꝰ ꝑfectꝰ moderat̄:tua vi
ta disponit̄. At v̇o puer iesus q̇
disponit tuā.ipse disponebat ⁊
suā: ⁊ qn̄ volebat.⁊ q̇bus vole-
bat sapiēs appebat:qn̄ volebat.
⁊ q̇bus volebat sapiētior: qn̄ vo
lebat.⁊ q̇bus volebat sapientis-
simus:q̄ꝫq̄ꝫ in se nūq̄ꝫ esset nisi sa
pientissimus. Silr̄ ⁊ cū oī gr̄a sp
plenus fuisset siue quā apud de
um.siue quā apud hoīes hr̄e de
beret ꝓ suo tn̄ arbitrio cā nunc
plus.nūc minꝰ ōn̄debat ꝓut cer
nentiū vel meritis ꝯgruere. vel
saluti expedire sciebat. Constat
igit̄.q̄r sp iesus virilē aīum hūit
⁊ si sp in corpe vir nō apparuit.
Cur deniqꝫ dubito viꝝ fuisse in
vtero.quē inibi deū fuisse nō am
bigo. Minus q̇ppe est eē viꝝ.q̄ꝫ
eē deū. Sꝫ vide.si nō ēt hāc iere
mie nouitatē ysaias lucidissime
apit.q̇ ⁊ nouos aaronicos : flo-
res exposuit. Ecce iq̇t v̇go ꝯcipi-
et.⁊ piet filiū. En hēs feminā.s.
v̇ginē.vis ⁊ de viro audir̄ q̇d sit
Et vocabit̄ nomē eiꝰ ait emanu
el.i.vobiscū deꝰ.femina itaqꝫ cir
cūdās viꝝ v̇go est ꝯcipiens deuꝫ
Vides q̄ꝫ pulchre.⁊ ꝯcordit̄ scōꝝ
mira facta.⁊ mistica dicta sibi in
uicem ꝯcinūt. Vides q̄ꝫ stupen-
dū sit hoc vnū de virgine. ⁊ ī vir
gine factū miraculū.qđ tot ꝑue
nerūt miracula.tot oracula ꝓ

miſerũt: Anꝰ nimiꝝ fuit ſpũs ꝓ
phetaꝝ. lꝫ diuerſis mõis. ſignis ꝛ
tpibꝰ eãdẽ rẽ diuerſe. ñ diuerſo
ſpũ ꝛ ꝓuiderũt. ꝛ ꝑdixerũt. Qꝺ
moyſi mõſtratũ ẽ i rubo. ꝛ igne:
aarõ in virga ꝛ flore gedeoni i
vellere ꝛ rore. hoc apte ſolomõ
ꝓuidit in forti mulieꝛ ꝛ eiꝰ ꝑcio.
aptiꝰ yeremias ꝑcinuit de femia
ꝛ viro aptiſſime yſaias ꝺclarauit
de virgine ꝛ deo. Gabriel tãdẽ
exibuit ipã virginẽ ſalutando.
Ipſa nãqꝫ eſt de q̃ nunc ait euã-
geliſta. Miſſus ẽ angelus gabri
el a deo ad ꝟginẽ. deſpõſatã io
ſeph. Ad ꝟginẽ inq̇t deſpõſatã.
Quare deſponſatã: Cũ eẽt inq̃
virgo electa. ꝛ vt oñſũ eſt ꝟgo ꝯ
ceptura ꝟgo ꝑitura. miꝝ cur de-
ſpõſata fuerit ꝛ nõ nupta. Nun
q̇d vel hoc caſu factũ: q̇s dixerit
Nõ eſt caſu fcũꝫ. qꝺ rõnabilis cã
ꝯmẽdat. cã vtiqꝫ valde vtil. ꝛ ne
ceſſaria: ꝛ diuini ꝓ2ſus adinuen
tione ꝯſilij digna. dicã qꝺ mihi.
ymo qꝫ añ me: pr̃ibꝰ viſũ fuit. Il
la itaqꝫ fuit rõ deſpõſatiõis ma-
rie. q̃ ꝛ dubitatiõis thõe. Mos
ſiq̇dẽ erat iudeoꝝ: vt a die deſpõ
ſatiõis ſue vſqꝫ ad tp̃s nuptiaꝝ.
ſponſis ſpõſe traderent cuſtodi
ende. q̃tenus eaꝝ ipſi eo pudici
tiã ſibi curioſius ſeruarent: quo
ſibiipſi fideliores exiſterent. Si
cut igiꝛ thomas dubitando. pal
pãdo. ꝯſtantius fcũs eſt domini
ce reſurrectõis ꝯfeſſor. ita ioſeph
mariã ſibi deſpõſãdo eiꝰ ꝯuerſa
tionẽ in tpe cuſtodie ſtudio fixꝰ
ꝯprobãdo factꝰ eſt pudicitie fi-
deliſſimꝰ teſtis. pulchra vtriuſqꝫ
rei ꝯueniẽtia. Et dubitatio thõe
ꝛ deſpõſatio marie. poterãt q̇dẽ
ſimilis nobis laqueũ erroris ini
cere: fidei vꝫ in illo: caſtitatis i il
la. veritatẽ in ſuſpitionẽ addu-
cere. Sed valde prudẽter ꝛ pie
ꝑ ꝯtrariũ factũ eſt: vt vñ metue-
batur ſuſpitio. firma ſit certitu-
do. Nã ꝛ de filij reſurrectiõe. citi
us q̇dẽ ego q̃ infirmus ſũ credi
derim thõe dubitãti ꝛ palpanti:
q̃ cephe audiẽti ꝛ credẽti. Et de
mr̃is ꝯtinẽtia faciliꝰ ſpõſo eiꝰ cu
ſtodiẽti ꝛ expiẽti q̃ ipſi q̃ ꝟgi-
ni de ſola ſua ꝯſcia ſe defendenti
Dic q̃ſo. q̇s eã videns nõ deſpõ
ſatã. ꝛ grauidã. nõ potiꝰ diceret
meretricẽ q̃ ꝟginem: Nõ autẽ
decebat hoc dici de mr̃e domini
Tollerabiliꝰ vero atqꝫ hõeſtius
fuit putari ad tp̃s xp̃ꝫ de ꝯiugio
natũ q̃ de fornicatiõe. Sed non
poterat inq̇s deus aptũ aliquod
oñdere ſignũ. q̊ vꝫ fieret: vt eius
nec ortꝰ infamaretur. nec matri
criminareꝛ. poterat vtiqꝫ. ſed nõ
poterat latere demones. qꝺ ſci-
rẽt hoſie. Oportebat ãt a ꝑnci
pe mũdi aliquãdiu celari diuini
ꝯſilij ſacramẽtũ. ñ qꝺ ſi vellet de
us palã opꝰ ſuũ faceꝛ ipediri ab
aliquo metueret. ſꝫ q2 ipſe. q̇ nõ
ſolũ potẽter. ſed ẽt ſapiẽter. q̃cũ
qꝫ vol it fecit. ſicut i oibus opi-
bus ſuis quaſdã reꝝ vel tpum
congruentias propter ordinis
pulchritudinem ſeruare ꝯſueuit
ita in hoc quoqꝫ tam magnifico
opere ſuo. noſtre videlꝫ repara

tionis nō tm̄ potētiā. sed ēt pru-
dentiā suā ondere voluit. Et ꝙ
ꝙ illō aliť quō vell ꝑficeř potu
isset. placuit ei tm̄. eo potiꝰ. ⁊ mō
⁊ ordine hoīem sibi reconciliare
quo noverat cecidisse. vt sicut di
abolus priꝰ feminam seduxit ⁊
postmodū viꝝ ꝑ eā vicit. ita priꝰ
a femina ꝟgine seduceret. ⁊ post
modū a viro xp̄o apte debellare
tur. q̄tenus malicie. ⁊ fraudi. dū
ars pietatꝭ illuderet. ac maligni
fortitudinē. xp̄i ꝟtus ꝯterret. dia
bolo deus. ⁊ prudētior a ꝑpreret
⁊ fortior. Ita q̄ppe decuit incar
natā sapiā spiritalē vincere ma
liciā. quo nō solū attingeret a fi-
ne vsq; ad finē fortiter. sed ⁊ di-
spōeret oia suaviť. Attingit aūt
a fine vsq; ad finem. i. a celo vsq;
ad infernū. Si ascēdero inq̄t in
celū: tu illic es: si descendero ī in
fernū ades. Utrobiq; vero forti
ter: qn̄ ⁊ ď supnis expulit suꝑbū
⁊ apō īferos spoliauit: auaꝝ? Cō
ueniēs ergo erat: vt suauiter q̄z
oia celestia. s. ⁊ terrena dispōeret
quatenꝰ ⁊ illinc deiciēs inq̄etū.
reliq̄s in pace firmaret. ⁊ hic de
bellaturus inudū nobis priꝰ se
humilitatis ⁊ masuetudinis val
de necessariū exēplū relinqueret.
sic q; mirabili fieret moderamie
sapie: vt ⁊ suis suauis ⁊ hostibꝰ
appreret fortis. Quid. n. ꝓdesset
diabolū a deo vinci nobis rema
nētibꝰ suꝑbis. Necessario igiť ď
sponsata ē maria ioseph: qn̄ per
hoc ⁊ scūz a canibꝰ abscondiť. ⁊
sponso ꝟginitas ꝯprobať ⁊ ꝟgi-
nis tā verecūdie ꝓciť. ꝙ fame ꝓ
uidetur. Quid sapiētius: q̇d di-
gnius diuina ꝓuidētia. Uno ta
li ꝯsilio secretis celestibus. ⁊ ad-
mittitur testis: ⁊ excludiť hostis
⁊ integra seruať fama virginis
mr̄is. Alioq̇n quō pepcisset iustꝰ
adulteř. Scriptū est aūt: Joseph
aūt vir eiꝰ: cū esset iustus: ⁊ nol-
let eā traducere: voluit occulte
dimittere eā. Bn̄ ai esset iustus
noluit eā traducere: qr sicut neq̄
quā iustꝰ esset si cognitā reā du
cere ꝯsensisset. sic nihilominꝰ iu-
stꝰ nō esset. si ꝓbatā innoxiā con
dēnasset. Cū igiť esset iustꝰ ⁊ nol
let eā traducere. voluit occulte
dimittere eā. Quare voluit di-
mittere eā. Accipe ⁊ in hoc non
meaz: sed patrum sniam: ꝑꝑ hoc
voluit ioseph dimitteř eā. ꝑꝑ qȯ
⁊ petrꝰ dn̄z a se repellebat dicēs
Exi a me dn̄e: qr hō peccator suz
ꝑꝑ qȯ ⁊ centurio a domo sua cū
repellebat. ai diceret. dn̄e non sū
dignus vt intres sub tectū meuz
Ita ergo ⁊ ioseph indignū ⁊ pec
catorē se reputans. dicebat ītra
se. a tali: ⁊ tanta nō debere sibi vl
tra familiare ꝑstari ꝯtuberniuz.
cuius supra se mirabilē expaue
scebat dignitatē. Uidebat ⁊ hor
rebꝰ diuine ꝑsentie certissimū ge
stantē insigne: ⁊ qr misteriū pe-
netrař nō poťat: volebat dimit-
teř eā. Expauit petrꝰ potētie ma
gnitudinē: expauit cēturio pn̄-
tie maiestatē vt horruit nimiꝝ ⁊
ioseph sicut hō huiꝰ tanti mira-
culi nouitatē misteriȷ̄ profundi-

tatem.ꝛ iõ voluit ocnlte dimitte
re eã. Mirarıs ꝙ ioseph ꝓgnan
tia sese ꝯsortio v̓ginis iudicabat
idignũ.cũ audias scã elisabeth
eius nõ posse ferre p̄n̄tiã.nisi cũ
tremoꝛẽ q̇dez.ꝛ fuerẽtia: Ait.n.
vnde hoc mihi.vt veniat mr̄ dñi
mei ad me: Jõ itaqꝫ ioseph volu
it dimittere eã.Sed quare occl͛
te.ꝛ non palam: Ne vz si diuoꝛ/
cij eã inquereretur:exigeret red
dere rõnem. Quid.n.responde
ret vir iustus populo dure ceruí
cis.populo nõ credenti. ꝛ ꝯtra/
dicenti: Si diceret qꝺ sentiebat:
qꝺ de illius puritate ꝓꝛobaue/
rat.nõne mox increduli . ꝛ cru/
deles iudei subsanarẽt.illũ lapi
darẽt illã: Qñ nãqꝫ v̓itati crede
rent tacẽti in vtero: quã postea
ꝯtẽpserũt clamãtem in templo:
Quid facerent nõdũ apparenti
cui postmodũ ipias man⁹ inie/
cerũt ẽt miraculis coꝛꝛuscanti.
Merito ergo vir iustus. ne aut
mẽtiri.aut diffamaꝛ cogereꝛ ino
xiã occl͛te voluit dimitteꝛ eã.Si
v̓o aliter q̇s sẽtiat.ꝛ ioseph sicut
hoiez dubitasse ꝯtendebat. ſꝫ qꝛ
iustus erat noluisse q̇dẽ habitaꝛ
cũ ea ꝑꝑ suspitionẽ.nec tñ qꝛ pꝛi
us erat traducere voluisse suspe
ctã.ꝛ iõ voluerit occulte dimitte
re eã. Breuiter tñ̄ deo ẽt sic illã
dubitationẽ ioseph fuisse necessa
riã.q̇ diuino meruerit certifica/
ri oꝛaculo. Sic q̇ppe scriptũ est
hoc aũt eo cogitãte.qũo.s.dimit
teret eã.apparuit ei angelus in
somnis dicens. Joseph filij da/
uid noli timere accipe mariã cõ
iugẽ tuã.qꝺ.n.in ea natũ est. de
spiritu sancto est. Jtaqꝫ ꝑꝑ has
rõnes despõsata ẽ maria ioseph
vel poti⁹ sicut ponit euangelista
viro cui nomẽ erat ioseph. Vir
noiat non qꝛ maritus.sed qꝛ hõ
v̓tutis erat. vel potius qꝛ scꝺm
aliũ euangelistã nõ vir simplicí
ter.sed vir ei⁹ dict⁹ est.merito ap
pellabaꝛ.qꝺ necessario putabaꝛ.
Debuit ergo vir eius appellarí
qꝛ necesse fuit.ꝛ putari. Siq̇dez
pr̄ saluatoꝛis nõ q̇dẽ esse. sed dí
ci meruit vt putareꝛ esse dicẽte
hoc ipso euangelista . Et ipse ie/
sus erat incipiẽs quasi annoꝛuz
triginta:vt putabaꝛ fili⁹ ioseph.
Nec vir ergo mr̄is ꝛ filij pr̄ extí
tit. Quis certa: vt dictũ est ꝛ ne/
cessaria dispensatione vtcũqꝫ ad
tp̄s ꝛ appellatus sit. ꝛ putatus.
Conice tñ ex hac appellatiõe.q̃
lꝫ dispensatoꝛia meruit honoꝛa/
ri.adeo vt pr̄ dei.ꝛ dict⁹.ꝛ credí
tus sit.Conice ꝛ ex ꝓpꝛio voca/
bulo.qꝺ augmẽtũ nõ dubitas í
terp̄tari.q̇ ꝛ qualis fuerit iste io
seph.Simul ꝛ memento illius
quondã magni patriarche ven/
diti in egypto.ꝛ scito ipsius istũ
non solum vocabulum fuisse soꝛ
tituz. sed ꝛ castioniam adeptuz
innocentiam assecutum ꝛ grãm
Siquidem ille ioseph fraterna
ex inuidia venditus.ꝛ ductus in
egyptum chꝛisti venditionẽ pꝛe
figurauit.iste ioseph.herodianã
inuidiã:fugiens.xp̄m in egypto
poꝛtauit. Jlle domino suo fidẽ.

seruās dn̄e noluit ꝯmisceri. iste
dn̄az suā. dn̄i sui matrez v̓ginez
agnoscēs. ⁊ ipse ꝯtinēs fidel̄r cu
stodiuit. Illi data est intelligen
tia i misterijs sōnioꝝ. isti datū est
ꝯsciū fieri. atq̄ ꝑticipē celestiuz
sacramētoꝝ: Ille frumēta ꝭuauit
nō sibi. sꝫ oī populo. iste panem
viuū e celo ꝭuādū accepit tā sibi
q̄z toti mūdo. Nō est dubiū q̄n
bon⁹: ⁊ fidelis fuerit iste ioseph.
cui mr̄ desp̄ōsata est saluatoris.
Fidelis inq̄z ꝭnus. ⁊ prudēs quē
ꝯstituit dn̄s sue mr̄is solatiū. sue
carnis nutriciū solū deīq̄z in ter
ris magni ꝯsilij coadiutorē sibi
fidissimū. huc accedit qd̄ dr̄ fuis
se d̄ domo dauid. Uere enim de
domo dauid vere de regia stir
pe d̄scēdit vir iste ioseph nobil̄
gener̄. mēte nobilior plāe filius
dd̄ n̄ tātū carne. sꝫ fide scitate. ⁊ d̄
notiōe. Quē tanq̄ alteꝝ dauid
dn̄s iuenit scd̄z cor suū. cui tuto
ꝯmitteret sacratissimū sui cordis
archanū. Cui tanq̄ alteri dauid
īcerta ⁊ occulta sapie sue manife
stauit. ⁊ dedit illi n̄ ignaꝝ eē mi
sterij. qd̄ nemo ꝓncipuz hui⁹ se-
culi cognouit. Cui deīq̄z datū ē
q̄ multi reges ⁊ ꝓphe. cū vellēt
videre. nō viderūt. ⁊ audire. ⁊ n̄
audierūt. n̄ solū audire. ⁊ vider̄.
sꝫ ⁊ portare. deducere. amplecti
deosculari. nutrir̄. ⁊ custodir̄. n̄
Um a discipulo veritatis scriptū nō ambigimus eē q parce seminat pce & metet. Unde i agro dñico tanq̄ agricole sumus cōstituti. p virib⁹ seminare debemus vt cū messionis tps aduenerit centupluz accipiam⁹ in fructuū perceptiōe quā nō expendim⁹ in semine. Nā qd hic dicit ex charitate. pprie dr seminare: q2 q semē ad hoc spergit vt colligat. adhuc caret ad tps modicū vt i tpe messis gaudeat i aceruo. Itaq3 lz paup & inops ex meo modico semine cupiēti dabo ex charitate: vt a dño meo iesu xpo merear recipe multiplicationē beatitudinis eterne. Nō parce semiat q paruz hñs parum largit si aius pmpt⁹ si sit plus hēret large daret. q affectū largendi hz & ti nihil hz qd largiri possit. nos ergo illā pecuniā quā erogandā a dño accipimus ad vsuraz erogare sum⁹ pati cupientibus eā. Sz rogo ne aliqs vestrum timeat de retributione vsure. q2 hec vsura nō euacuat diuitē. sed bonis ditat & replet egenum & pauperē. Ueniat ergo ad hāc pecuniā sitiēs ad euangelium beati ioānis & hauriat cum gaudio de fontib⁹ saluatoris q dixit discipulis suis. vos iā mundi estis pp sermonem quē locut⁹ sū vobis: & est sensus. vos estis mundi. sed iterū estis mūdandi vt fructū plus afferat. Mundi estis nō pp baptismuz. sed pp sermonem quē locutus sum vobis. O q̄ bonus sermo qui lauat mentiū sordes. interioris & exterioris hominis purificat actiones vulnera sanat cicatrices solidat. q suscitat d terra inopem & de stercore erigit pauperem. vt collocet eū cū principibus celi cū possessoribus paradisi. o q̄ preciosus sermo imo q̄ preciosus thesaurus q suū possessorem didicit ditare vt de psortibus iumentorū consortem faciat angelorum. Felix sermo & oi acceptione dignus. Quis est iste tante beatitudis sermo: Audi si illuz obseruare desideras. sed precipio vt illum ad vsuram errogare ñ differas. Est valde nobilis possessio que errogata suscipit incrementuz & auaruz dedignatur possessorez. nisi erogetur cito minuit largitate. gaudet tenacitatez fugit oio non vult abscōdi sub modio sed sup candelabruz poni vt omnibus eius pulchritudo appareat. Splendor eius tanq̄ lāpades ignis atq3 flāmarum quaz aque multe nō possunt extinguere. Si dederit homo totaz substātiā domus sue pro hac possessiōe. quasi nihil despiciet eam. Hec in q̄ est caritas. q2 in quocunq3 abūdauerit amor eternorum mox labentium rerum possessio cuncta vilescit & sola caritas. scilicet christi cara dulcescit qui dicit. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicez sicut dilexi vos. hic est sermo ille de quo dixit dominus. Uos mūdi estis propter sermonem quem locutus suz vobis .i. propter charitatem quam cō-

mēdaui vobis: ⁊ q₂ mundi estis manete in me ⁊ ego i vobis .manete inquit dn̄s iesus discipulis suis in me ⁊ ego manebo i vobis Jesus inquā dulcis iesus delectabilis omni virtute p₂editus omni speciositate redimitus. Dulcis sup̱ mel ⁊ fauū speciosus fo₂ma sup̱ filios hominū.cuius dulcedine angeli inebꝛiantur cuius pulchꝛitudinem sol ⁊ luna mirātur.Jste talis ac tantus dixit discipulis suis ⁊ per eos cunctis fidelib⁹ suis.Manete i me ⁊ ego manebo in vobis. O q̄ꝫ magna sublimitas.o magne sublimitatis aucto₂itas hominem habitare cum angelis terram ⁊ puluerem eleuari in celis hominē tolli de sterco₂e iumētoꝝ ⁊ congregari cetibus angeloꝝ.Jmo creaturam manere in creato₂e:factuꝛam in facto₂e:redemptum in redēpto₂e.Seruum in dn̄o peccato₂em in iusto factum ex limo in eo qui omnia facit ex nihilo. trāsito₂em in eterno:miseꝛ in summe beato imo in eo qui beat beata ⁊ cuncta sanctificat sancta q̊ est veritas ⁊ vita ⁊ glo₂ia sempiterna gaudiū mundi iocūditas celi:dulcedo paradisi ⁊ btā eternitas ⁊ eterna felicitas chꝛistus scꝫ dominus iesus.o mira ⁊ inexquisita bonitas.o inaudita ⁊ inestimabilis pietas.quis vnq̄ꝫ fratres mei q̊s dilectissimi mei amātissimi mei cōserui mei serui dn̄i iesu xp̄i: ⁊ ꝑpter ipsū dn̄i mei poterit explicare sermone aut stilo exarare ⁊ graffio quāta pietate aucto₂ pietatis redondet.quāta largitate bōitatis ipse aucto₂ exuberet. Mihi credite fr̄es si omnes homines niterentur ⁊ angeli.fontem tante pietatis nō possent haurire vobis etiam vnam minimam guttam habito respectu ad ipsam abundantiam pietatis.Hec est inquam maxime immensitas pietatis ingens eminentia bonitatis q꜀ creato₂ omnium deus seipsum exinaniuit: fo₂mam serui suscepit in similitudine hoium factus ⁊ habitu inuentus vt homo manens deus i homine:vt homo maneret i deo vita.mo₂tē assumēs:vt sibi mo₂s assumeret vitā.Utinā hui⁹ abūdātia pietas sic fragraret quotidie in manib⁹ nr̄is: vt in ꝺitate differētie dicere possemus cū spōsa in cāticis.Fasciculū mirre dilecti semper sup₂a meū pectus po₂tabo.o dulcis sarcina.o felix medicina.Hec sarcina fratres mei crux ipa btā.s.passio xp̄i baiulꝫ suum nō grauat:sꝫ leuat:non deprimit sꝫ extollit:nō quassat sed erigit ⁊ po₂tat po₂tantē vbi xp̄s est in glo₂ia pr̄is.Hoc ē inquaꝫ dulcissima medicina:q̄ mo₂buꝫ oēm expellit vires atqꝫ virtutes nō habenti acquirit que nō solū sanat egrotos.sꝫ etiam viuificat mo₂tuos.Mihi me⁹ audito₂ credat.imo mihi credat crucis amato₂ iā non ledet a mo₂te ꝺa si in hac vita vsus fuerit tali medicina Hoc ē illō lignū ꝓphicū qꝺ est

inter iuncturas edificiorũ. qꝛ ipſa crux glorioſa terrã cõglutinat celo hoĩem cõſotiat angelo ⁊ ꝑ crucez ſic reconciliat deo vt ipſe deꝰ manere dignetur in eo ⁊ ipſe mamanere mereatur in deo ſuo. o ſummũ tripudiuz. o tripudianſ gaudiũ: iocunda leticia: ⁊ iocunditas leta hoĩem manere in deo ⁊ deuz in homine in redẽpto redẽptorẽ ⁊ in redemptore redemptuz. Ad hanc ſũme iocũditatis leticiaz ꝑpetuitatis letiſſime gloriam ipſe glorie auctor beatitudĩs dator ſalus eterna vita beata felix eternitas. ſecura trãquilitas totus dulcis totꝰ deſiderabilis inuitat apoſtolos ſuos inſtigat mõachos ſuos. cunctum populuz chriſtianuz omne collegiuz ſanctum eis blãdiens atq3 demulcens: conſolans ⁊ cõfortans hortans ⁊ dicẽs. manete in me ⁊ ego in vobis. ⁊ ẽ ſenſus. Vos qui mũdi eſtis qui loti eſtis qui ſanctificati eſtis ꝑ carnalem lapidem per baptiſmi ſacramentum per virtutum tricliniuz ꝑ dilectiõis preconiũ in me eſtis Sed rogo vt in me manere õbeatis ſi in me manſeritis ⁊ ego ĩ vobis. Si in me manſerit in iſto breui tempore manebo vobiſcum in eternitate. Qui manet in me ꝑ exhibitionez dilectionis ⁊ ego manebo ĩ eo ꝑ ꝑmiũ eĩne felicitatis Ego diligẽtes me diligo: ⁊ q̇ me dilexerit in hac vita me, inueniẽt poſt hãc vitam: ⁊ vbi ſum ego: ⁊ illi ſint mecuz. ⁊ qui me nõ dilexerit procul dubio nõ inueniet me ad premium. ſed inueniet me ad ſupplicium. Vos autem diſcipuli mei amici mei ĩ mea dilectione manete ñ vos terreat mee hũanitatꝭ paſſio crucis ſuſpẽſio tormẽta carnificum: crucis ſupplicium nec mee õpoſitio carniſ. nec mauſoleum mee mortalitatis. In vobis fides inuicta permãeat: ſpes ipſa non lãgueat de me igne ĩ vobis caritas flames. Manete ĩ me per fidem ſpem: ⁊ charitatẽ ⁊ ego manebo in vobis per fructum fidei ſpei: ⁊ charitatis. Et ſi in me non manſeritis. nec ego manebo in vobis. Audiſtis cariſſimi quid ipſa veritas dicit que mentiri nõ poteſt: que nunq̃ fallit. nec fallere nouit. Ait enim. Si quis ĩ me non mãſerit mittetur foras. ⁊ tormentorum miniſtri cum mittẽt ĩ ignem ⁊ ardet. Unde rogo dilectiſſimi fratres vt vnuſquiſq3 veſtrum intret in cubiculum ſuum ſcopat conſcientiam ſuam ſe querat ĩ angulis cordis circũeat latebras mentis ſi ſe in chriſto manere inuenerit. gaudeat. ſi euz a chriſto abeſſe cõtigerit gemat ⁊ doleat ploret ⁊ plangat. timeat ⁊ perhoreſcat ne ſequeſtretur a cõſortio ſanctorum. ⁊ mittatur ſemper arſurus in ignem eternum. Manete ĩ me. heu dilectiſſimi fratres quãti miſeri q̃ti infelices q̇ ad ieſũ veniũt. ſ3 letiferi veneno ſerpẽtꝭ ꝑcuſſi diabolica fraude õcepti cecitate mẽtꝭ obducti malitia depua

ti abnegāt contuberniū xp̄i ami/
citiam redemptoris abdicant pp
amorez mundi: ⁊ ceruices quas
deo humiliare ſolebant ipſo mū
di creatore iam ſpreto diabolo nō
titubāt incliare. Heu quāti poſt
glorioſos agones de ipſo princi/
pe mundi legitime triūphatos fu
gienti terga dederunt ⁊ victores
iā victo ſe ſponte curuarūt. Quā
ti ad monaſteriūz veniunt: vt i eo
monaſtice viuāt humiliatis pre/
tendentes indicia: oīa in pace il/
lata ſuſtinentes. conuicia tanq̄z
boni milites xp̄i ad omne op⁹ bo
num parati: qui poſt gaudia vi/
te contemplatiue poſt prelibatio
nē iocunditatis melliflue ſue pro
feſſionis oblite velut ſues ab ipſo
propoſito ad volutabrum redeūt
luti: ⁊ ea q̄ dudum vomuerant tā
q̄ canes in ventrem trahitiunt.
Iſti tales recedūt a xp̄o q̄z receſ/
ſerunt a propoſito ſancto: ſi pactū
quod cum xp̄o pepigerant obſer
uarent venena iam vomita ſubſa
narent: ⁊ ideo cum xp̄o non me/
renť manere: q̄z pactum dn̄i non
timuerunt infirmare. ſed vtinam
ſcirēt ⁊ intelligerēt quāte ſit ama
ritudinis fontē derelinquere vi/
te: auctorez iocūditatis melliflue
Dn̄m mūdi: decus paradiſi gau
dium eternum dominum ieſum
xp̄m. qui nos a morte roſeo ſalua
uit ſanguine ſuo. ſi cito ſenſiſſes
quantum parabas peccare nō te
geret vultus cortice mirra tuos.
O q̄ miſera cōmutatio. o q̄ ceca
cupiditas: q̄ virginem facit tabe/
ſam puellam proſtibulām: ⁊ mu
lierem vertit in arborem. Regu
lam in apoſtaſiam. diſciplinā ſan
ctam in laſciuiā prauaz clauſtruz
regulare in campos licētie: caſti
tatem in impetiginem monachū
in theatricum directū in prauum
planum in aſperum filiū dei in fi
lium diaboli. Hec fratres mei nō
eſt mutatio dextre excelſi. O q̄z
amara mutatio. o q̄z dura tranſla
tio a xp̄o recedere ⁊ diabolo ad/
herere ſpernere redemptorē ⁊ di
ligere peremptorem relinquere
veſtigia xp̄i ⁊ ire per ſceua mean/
dra diaboli relinquere viam que
ducit ad vitā: ⁊ ire per viam que
ducit ad mortem. Quicunq̄z ille
eſt qui ſic commutatus eſt ad ver
ba mea inclinet aiūm: ⁊ non dedi
gnetur audiř ꝯſiliuz bonū. Pec
caſti: quieſce ne adicias vltra. Sic
dicit ſanctus iſrael. Si reuertimi
ni ⁊ quieſcatis ſalui eritis: q̄z expe
ctat nos dominus vt miſereať ve
ſtri: reuertere ergo ad dominum
deum tuum ⁊ placabilis erit ſup
malitiam tuaz. Reuertere ad do
minum via qua venitur ad ipſuz
via cordis. via oris. via operis. via
timor s. via doloris. ⁊ via amoris
via timoris ne ꝑtraharis ad ſup
plicium. via doloris: q̄z ſic offen/
diſti in chriſtuz. via amoris vt ip
ſum iam chriſtū perfecte diligas
qui tam diu ad penitentiaz te pa
tienter expectat. Geme. dole. plā
ge. plora. Non parcas tibi: vt ti/
bi dominus parcat. Noli indul
gere tibi: vt tibi dominus in/

dulgere digneř. Succinge lūbos tuos. rade capillos tuos. induere sacco. puluescere humo ⁊ dic xp̄o dn̄o tuo deo tuo. O iesu bōe miserere mei. Esto mihi iesus. esto mihi saluator meꝰ miserere mei. q̄ pro me piū cruorem fudisti. nō intres in iudicio cum ſuo tuo. qꝛ nullꝰ iustificabiř hō: nisi per teipsuꝫ ei peccatorū suoꝝ tribuat remissio. Nō me tua iudiciaria snīa pmat. quem tua multa pietas leuat. Qui resuscitasti lazarū iā fetentē. resuscita ⁊ me p ōreꝫ iam ꝯfitenteꝫ. Qui pepercisti peccatrici marie. parce peccatrici aīe mee Qui letificasti aīam cru cifixi latronis letifica aīam mei peccatoris si sic feceris adhuc etiā cū xp̄o manebis. qui dicit. Manete ī me ⁊ ego in vobis. ipse. n. charitas ē ⁊ qui manet in charitate ī eo manet ⁊ ipse in eo. notandum vero est ꝙ aliud est manere ī illo ⁊ aliud est manere cum illo aliud est manere iuxta eum. aliud manere lōge ab eo. Primū ptiꝫ est in via ⁊ partim in patria. Scd̄m totum est in patria. Tertium totuꝫ est in hoc seculo. Et quartum totum in inferno. Videamus ergo. q̄d sit manere ī eo. vt in eo manere delectet. vt nō lōge post futurum mereamur cū illo manere. ī illo manere ē ex amore illi soli adherere ipsū ex toto corde diligere. illius pcepta ī oībus ⁊ per oia obſuare eiꝰ amori nihil pponere ⁊ ꝓ illiꝰ amore cūcta nec nata ēt reputare. ille nō dubitet manere in xp̄o cui pter ipsum cūcta vilescunt: ⁊ ci ipe solꝰ dulcescit. O quāta felicitate dotatur. quāta beatitudine fecūdař cui pter xp̄m oia vilescūt ⁊ ipse xp̄s solꝰ mellescit. Ipe xp̄s solus sic in cordibꝰ nr̄is fauescat ⁊ cūcta trāsitoria nobis fallescāt vt nil preter illū. nobis iā libeat nec libeř iam valeat vt ergo frēs mei ī xp̄o ⁊ cū xp̄o mereamur manere. ipe xp̄s lux v̄a bōitas ⁊ vita gaudium mundi. manere pietas immēsa. sit totum desideriū nr̄m ⁊ oīs spes nr̄a. Certi sumꝰ. qꝛ adhuc cū xp̄o māebimꝰ vt vbi nunc est ⁊ nos cū illo erimus. Sed qui dicit in se xp̄o manere dꝫ ambulare sicut ille ambulauit iam n̄ manet in illo q̄ exorbitat ab itinere suo nemo se decipiat. nemo se seducat. nemo ī religiosa veste cōfidat nemo vestis religiosa. sꝫ mētiuꝫ munditia monachum facit. non capitis abrasio. sed xp̄i dilectio probatū monachum reddit Ait dn̄s iesus. Si quis vult venire post me abneget semetipsum qꝛ nisi q̄s a semetipso deficiat ad xp̄m regē sublimē non appropinquat. Felix ꝓpter xp̄m abdicatio sui: quam qui perfecte non habet se xp̄o ad purum placere non existiment. Frustra. n. xp̄o placere se credit qui seipsum ꝓpter ipsum xp̄m n̄ abicit. Et perfecte se nouerit illi placere qui perfecte iaꝫ ꝓpter ipsuꝫ se didicerit abdicare. Vt ergo xp̄o placere possimꝰ necessaria nobis ē abdicatio nostri quam nostre valitudo permittit

non q̄ztum exositas nr̄a lancea
pcōꝝ pfossa in nos qn̄qꝫ manus
inicere gesticrit: maxime dūtaxat
in alimētis sumēdis vbi ꝯseruād⁹
est vigoꝛ nature ⁊ non sequend⁹
est appetit⁹ illecebꝛose gule. Cō-
tra vitia q̄ de lumbis carneis pu
gnātia ꝓcedunt palmatiue belli
gerare neq̄mus nisi pri⁹ apetitū
gule restringam⁹ fortiter ꝯfessiōi
abstinētie. Post cōfessionē gule
appetit⁹ maxia cautela nobis est
adhibēda. ne nos humāe laudis
musipula capiat ⁊ venenū laudis
moꝛbose: i archā nr̄i coꝛdis caute
riū despumās saniē faciat factūqꝫ
derelinq̄t. Quid de nobis laudis
aura crebuerit. Quid adulantiū
fauoꝛ demulserit virtutū impera
trix humilitas archā mentis nr̄e
nō deserat. ne toꝛtuosus serpēs. q̄
qn̄qꝫ latitat in herbis virētibus i
hūanis. s. fauoꝛib⁹ iuxta illō poeti
cū. Fugite iā pueri. latet hic angu
is i herba: vt sui dentib⁹ veneno
sis nos capiat. captos pimat. ⁊ oc
cidat. Igit̄ humilitatem magnā
teneamus in oibus vt in humili-
tatis auctoꝛe manere possimus ⁊
q̄z totius cū ipso esse ⁊ cū ipso re-
gnare valeamus. Ois. n. q̄ in il-
la manet ex dilectiōe nō dubitet
nō hesitet cū illo manebit ex dile
ctionis retributiōe. Vidim⁹ q̇d
sit manere in illo. Nūc q̇d sit ma
nerē cū illo necesse ē videam⁹. Ma
nere cū illo est eē vbi ille ē cū illo
in gloꝛia felici gaudere in trono
pħēnitatꝫ regnare illū facie ad fa
ciē ꝯtemplari. sicut faciūt angeli
sci ⁊ post resurrectionē coꝛpoꝝ cū
visuri sūt oēs electi iuxta illō apo
stoli. Cū. n. appuerit xp̄s vita nr̄a
tū ⁊ vos appebitis cū illo in glo
ria. Manere iuxta eū ⁊ non in il-
lo: nec cū illo ē. nō esse in via fidei
spei ⁊ charitatis: sed via erroꝛis n̄
eē in via p̄cepti: sꝫ i via peccati.
Iste inq̄z si nō in xp̄o vel cuꝫ xp̄o
tū iuxta eū. est qꝛ ⁊ cito pōt erro-
rē deserere ⁊ in xp̄o p fidē speꝫ ⁊
charitatē ꝯtinuo feruere. liberuꝫ
arbitriū hꝫ. Illud ad diligenduꝫ
deū dirigere pōt. Pulsat dn̄s ho
stiū ei⁹ illi apiat ⁊ itrabit dn̄s ad
eū in eo manebit ⁊ ipse i eo. Ma
nere lōge ab eo est p sniam dāna-
tionis ab eo recessisse q̄zuis ⁊ alio
mō vtrunqꝫ possit intelligi. Nos
ergo i illo maneam⁹ vt fructū bo
ni opis sp facere mereamur. Ali-
ter. n. nisi in illo māserim⁹ fructū
facere nequim⁹. Ipsa veritas di-
cit ⁊ mutari n̄ pōt. Sicut palmes
nō pōt ferre fructū nisi māserit in
vite sic nec vos nisi i me māserit̄.
Et siq̇s in me nō manserit mittet̄
foras sicut palmes ⁊ arescet ⁊ col
ligēt eū ⁊ in ignē mittēt ⁊ ardet.
Valde. n. timēdū ē illud qō seq̇t̄
siq̇s i me nō māserit ⁊c. Siq̇s nō
māserit in dn̄o iesu xp̄o expellet̄
de ꝯsoꝛtio sctōꝝ ⁊ arescet p̄timoꝛe
⁊ expectatiōe dānatōis ppetue ⁊
ministri tartarei apphendēt illū
⁊ in ignē mitteꝫ ppetuū sine fine
arsurū. Ab hac dānatiōe ppetua
gloꝛie ppetue auctoꝛ nos liberet
iesus xp̄s dn̄s nr̄. qui cū patre ⁊
spū scō viuit ⁊ regnat Deus bn̄-
dict⁹ in seculū seculoꝝ. Amen.

Omel. xij. Serm o. xij.

Omnis q̄ viã veritatis gestit o aripe ↄstat eē p̱ equū vt ad p̄cepta veritatis manum cordis extēdat ⁊ i eis fideliter viuat vt ipsa manus sit plena iacinctis ⁊ venter eius eburneus distinctus saphiris ⁊ verbū verbi preceptuȝ xp̄i i pixide mentis per amorem contineat. ⁊ foris ipse flos verbi per augmentū boni operis redoleat. Profecto quē sic eē ↄstabit a deo quicq̄d sibi profuturū petierit necesse ē ipetrabit. Ipsa regula veritatꝭ ois forma scitatis sanxit iperpetuuȝ nec valebit abrogari: nec de libro iā mutari veritatꝭ sanctio ait.n. iesus meus. Imo ait deus meꝰ veritatꝭ firmitas falsitatis vltio pctōꝝ vltio. via vie vita vite totꝰ dulcis. totꝰ bonꝰ. totꝰ verax totus verꝰ ait.n. Si i me manseritis ⁊ verba mea i vobis manserit qd̄cunq̄ volueritꝭ petetꝭ ⁊ fiet vobis. Magna sunt dona que veritas ipa ꝓmittit. q̄ nullos fallere nouit. Qd̄cūq̄ volueritꝭ iq̄t dn̄s iesus petetꝭ ⁊ fiet vobis. Ita dumtaxat si i me manseritꝭ ⁊ v̄ba mea i vobis mā̄serit. Ac si dicat si i me manseritꝭ p̱ dilectōem ⁊ v̄ba mea i vobis manserit p̱ opis executōne: qd̄cūq̄ volueritꝭ aie ptinēs ad ꝓfectum petite non hesitātes ⁊ ipetrabitꝭ accipiētes. Illa duo pia necessario sibi famulāt adinuiceȝ nec vnū alterius abn̄tiam patit ⁊ q̄lis eoꝝ parilitas fuerit p̱ entunenia cognoscitur. Si aliq̄s manet i xp̄o necessario seq̄t vt xp̄i p̄cepta manere debeāt i eodeȝ. Et qd̄libȝ istoꝝ hoc vnuȝ ↄcludit. Petat a xp̄o qd̄cunq̄ voluerit ⁊ habebit Necessaria videt tal' illatio. Iste manet i xp̄o ergo q̄cq̄d ab eo ad aie ꝓfectū petierit ipetrabit. Similiter ⁊ h̄ alia verba xp̄i manēt i isto. ergo ⁊c. Verūtn̄ dicere possumꝰ si p̱ viȝ copulatiue ↄiūctōis dyaleticꝰ latrator obsistat q̄ nō d̄bȝ poni iter pia. nec iter pteȝ ⁊ totū. sed iter totū ⁊ ptē: ⁊ iter opposita ⁊ ↄtraria: ⁊ iter excedentia ⁊ excessa. Dicimꝰ itaq̄ q̄ q̄dā manēt i xp̄o ⁊ v̄ba eiꝰ manēt i eisdeȝ aliȷ̄ manēt i deo: sed v̄ba dei non manēt i eis. ille q̄ manet i xp̄o ⁊ v̄ba xp̄i i eo doctor ē eccelesiasticꝰ q̄ p̱ eruditōem doctrie auditoribus suis hēt vn̄ ꝓferat noua ⁊ vetera. fructꝰ. s. auctoritatū veteris ⁊ noui testi. bona q̄ discipulis p̄dicat pie ⁊ d̄uote viuēdo i suis factꝭ ond̄dat. Alius.n. p̱ doctrinā verbū dei nō hȝ ⁊ tn̄ i xp̄o manet per bonā vitā. Iste ꝓfecto ⁊ si mādatū xp̄i non hȝ i libro hȝ tn̄ i corde charitate dilato. Isti tales: q̄ȝ felices. q̄ȝ btī. Hoꝝ q̄dem taliū est regnū celoꝝ. Aliꝰ q̄ v̄bū dei hȝ. ⁊ illd̄ ope n̄ exercet: monachꝰ ē religionis sophystice sub p̄textu scitatis paliate q̄ ei qd̄ ex regula b̄n̄dicti didicit p̱uerse vidēdo ↄ̄ dicit. Iste talis nō manet i christo nec christi verba manēt i eo. q̄a nec christū amat. nec eius p̄cepta obseruat q̄uis ⁊ xp̄m amare ⁊ eiꝰ precepta s̄uat se fingat. Sed q̄lis iste miser fuerit dies domini declarabit vbi non esse poterit simulatio

religionis nec fictio sanctitatis
nec sermo sophisticus: nec silo-
gismus vbsutus. Omnia nuda erunt
et apta iesu iudici vere iudicanti di
stricte nõ de facto tm̃ puerso: sed
etiã de vbo otioso: nõ tm̃ de icess
su pedũ nec de labore manuũ sz
etiã de iactu oculorum. Penset er-
go qui talis est ad quid mona-
chus effectus ẽ. Lauit pedes su-
os: quõ reinquinare presumit? Ex
poliauit se tunica: quõ se reindu
it illa. Si mutauit habitũ cur nõ
mutauit et animũ. Si foris albe-
scit cur intus nigrescit. Si illũ fo
ris vestis alba decorat: cur illuz
intus cauteriũ cõsciẽtie deturpat
Si studere silentio debet cur lo
quacitate gaudet? Qui ↄtemptũ
pmisit mundi: cur illi vlteri9 pla
cere ↄtendit? Christo placere cõ
tendat: contemnere munduz nõ
differat. qđ promisit attendat ie-
suz super omnia diligat: nihil ei9
amori prepõat. illius timorẽ vbi
cunque fuerit sederit vel ierit lo
quens vel tacens: esuriens vel si-
tiens. bibens vel comedẽs: infir-
mus vel sanus ante oculos habe
at in quo est fiducia fortitudis
seps eterne beatitudinis fiducia
venie certitudo glorie peccatorum
remissio glorie largitio ac letitie
acquisitio summi et veri dei per
fruitio. btũs vir ait pp̃ha qui ti-
met dñm i mãdat eius cupit nimis
potẽs i t̃ra erit semẽ eius et ipse a
dño bñdicetur. Illa beatitudo per
petue sempiterneqz dulcedinis
multitudo et eterna et iocũda vi
sio dei. est illud donum qđ pe-
tũt a christo illi q̃ manent in xp̃o
Si manens in christo. i. si corde
puro et ↄscientia pura fundaris
in christi charitate nisi tibi nisi
christus satisfacere poterit. nec
aliud nisi ipsum petere iã vale-
bis. Quicũqz inquit dñs iesus.
Salus que nunq̃z finitur vita que
nunq̃z moritur. iocũditas sũma
paradisi gloria omni melle dul-
cior quolibet et nectare suauior
gẽmis et auro p̃ciosior inq̃t inq̃z
dilectoribus suis. Quodcunqz
volueritis petite et fiet vobis. ma
gnũ ẽ istđ qđ dicit. Qđcũqz vo.
pe. et fi. vo. Sz notãdum ẽ q vni
uersale qđcunqz nõ ↄtinet oĩa. sz
illum tm̃ qui continet vniuersa.
Qui sic habet eẽ vt verum semp
sit esse ante omnia tempora de9
de deo in fine temporum natus
ex virgine hõ. salus eterna credẽ
tium omnis spes et refugium ti-
mentium eum. Hoc est illud so
lum quod petunt electi quibus
nil satisfacere potest preter deuz
qui omnia cõtinet. Qui gemũt
et lugent q iesũ beatitudinis au
ctorẽ nõ vidẽt qui nõ quod dele
ctet aspiciũt. Quibus tristia sũt
que occurrũt qui dñm iesũ que-
runt et non inueniunt: et vocant
et non respondet: ad lachrymas
doloris amicas se ↄuertũt: et quẽ
gressu pedũ sequi nõ possunt la
chrimis et gemitibus ↄsequuntur
felix taliũ vita beatus taliuz cur
sus cuius meta tale et tantũ vexil
lũ habere meretur. Hoc non datur
pigris negligentes nõ capiunt:
claudis negatur. Soli currẽti per

latitudinē charitatis debetur. Unusquisqȝ nřm ꝯsiderare nō cesset. qualiter in stadio mandatoꝝ dei currat qualiter in agone xp̄i ꝯtra leonē rugientē ꝯtendat. Neminem vestꝝ credo latere aliquem posse saluari nisi q̄ dño iesu fidelis pseuerauerit vsqȝ ad egressus de babitaculo corporis nec ad brauium eterne dulcedinis puenire qui anteq̄ ad metas veniat in cursu deficiat. Stadium nostꝝ est obseruantia mādatoꝝ dei. Finis stadij nostri est caritatis iuxta illud apostoli. Finis legis est caritas. Caritas stadij nři est ipsa caritas nō qua diligimus deū. sed qua possidem⁹ deū. non ea qua diligitur de⁹: sȝ ea que est ipse de⁹. In stadio mādatoꝝ dei. alius bñ currere incipit ⁊ añq̄ ad metas veniat deficit. Alius pigre incipit ⁊ postea ad metas velociter currit. Alius ⁊ velociter incipit ⁊ velociter pficit. Ali⁹ pigre icipit ⁊ i pigritia sua semp psistit. Duob⁹ istorum brauiū debetur: s. pigre incipiēti ⁊ postea velociter peruenienti. Altero ⁊ agiliter incipienti ⁊ velociter puenienti. Multi eni ad monasteriū veniunt vt ibi regulariter viuant q̄ male incipiūt ⁊ male consumant. sp vagi ⁊ nunq̄ stabiles semp cū non hñt qd volunt murmurosi ⁊ detractores cellularijs a tergo bñdicentes eos cū q̄bus viuunt. Fřes suos iniurijs afficientes moribus indisciplinati gestu ⁊ actu inordiati lutū hitu elati motib⁹ iepti bonis psititis semp ingrati. Isti brauiū eterne beatitudinis nō merebunt hře qꝛ in stadiū mandatoꝝ dei gressū rectū figere noluere. Istis.n. forma sanctitatis ad ꝑfectū non erit quos moꝝ prauitas p inobedientiā venena cōfundit. In istis talibus vba xp̄i non manent qꝛ p̄cepta xp̄i q̄ sciūt vel audiunt ventoꝝ vanitati dedicarunt. Iussa dñi ꝯtennentes cenacula ventris amantes. Ihm esse veꝝ deum. s. eternū deum oipotentem. calcibus nequitie ⁊ malitie pcutientes. odiētes ꝓximum abnegantes dñm iesuȝ xp̄m non obseruantes qd corant omnibus sanctis in die cōsecrationis sue illi promiserunt. Nouerit qui talis est se damnanduȝ a deo quem irridet. Ali⁹ ad monasterium venit vt peccata que commisit in seculo punire debeat in monasterio. Sed postq̄ ingressus fuerit non solum q̄ commisit dolendo non diluit. Sed insup alia forsitan grauiora cōmittit. Sed postea magno dolore compungitur. magno pudore prosternitur: ꝙ peccata que fecit bene viuendo non diluit. sed insup enormiora presumpsit. Tūc ad memoriā reuocat quanta in peccatorib⁹ sit seueritas iudicis quāta in ipsis dānatis sit ipsa pena dānationis. Insup ⁊ considerat quāta sit misericordia redēptoris circa pēitētes bēignitas circa recte viuētes. Tunc omne

malū qđ fecit enumerat tunc tristia q̄q3 añ oculos mentꝭ aceruat Dolorib⁹ agitaꝝ tātis supplicijs angustiaꝝ quātis arctari in ipsis īfernalibus penis ptimescit. quātis cruciari in aīo ignis ⁊ sulfuris ꝑhorrescit. Tūc.n.nihil qđ delectat aspicit tūc triste est qđ occurrit. tūc lachrymis ⁊ dolorib⁹ punit qđ cū delectationib⁹ ꝑpetrauit. Tunc q̄liter dño xp̄o placere possit contendit ⁊ ieiunijs ⁊ oronibus vacans soli dn̄o placere desiderat. qui talis est petat a dño q̄cq̄d voluerit. nō dubitet īpetrabit. nos ergo fratres carissimi mei quos xp̄s ꝓprio cruore redemit ip3 sua sanguinis largitorē hūani generis saluatorē sine mō vltra modū de oī mente totis virib⁹. totis medullis cordis diligam⁹ timeam⁹ ⁊ amem⁹ ⁊ ei⁹ discipulatui inheream⁹ valde ē.n. dulce ⁊ dilectabile letabūdū ⁊ iocūdū fieri discipulū xp̄i. i hoc.n. dñs iesus ait discipulꝭ suis clarificat⁹ ē pr̄ me⁹ vt fructū plurimū afferatꝭ ⁊ efficiamini mei discipuli. nos igiꝭ. q̄ xp̄iani sum⁹ ⁊ xp̄iani vocamur ī ecclesia xp̄i tā q̄3 ī agro sum⁹ ꝯstituti. alij fructū afferūt. alij ī sterilitate ꝯsistūt alij tenues ⁊ pauculos fruct⁹ faciūt semꝑ pigri. semꝑ negligētes pigri ad orone. tardi ad lectionez. ad vigilias longo sōno depssi ad laborē nimiū teneri ⁊ dlicati. in his ñ valde clarificaꝝ pr̄ dñi nr̄i iesu xp̄i. q2 nec plurimū afferunt fructū nec discipuli xp̄i esse ꝓbāꝝ alij dulces fruct⁹ ꝓducūt ī fertilitatꝭ abūdātia. Dulces inq̄3 deo ⁊ dulces hoib⁹. hi clarificāt deū. ⁊ de⁹ clarificabit eos ī die retributiōis. opū. ī die collectōis fructū nouaꝝ qñ veniēt ī exaltatōe portātes manipulos suos. Hi sūt mites ⁊ hūiles. deuoti ⁊ obedientes. ad vigilias vigiles ad omne op⁹ bonū feruētes ī orone sublimes. ī lectōe sacre subtiles. ī meditatiōib⁹ suspirātes ī ꝯtēplatōi b⁹ gemētes ⁊ flētes seminātes ī lachrymis: s3 gaudeāt ⁊ exultēt. q2 ī gaudijs metēt et̄nis. Alij sūt q̄ nō faciūt fructū. s3 frōdes tm̄ ꝑducūt ⁊ folia: hi sūt q̄ spē3 scitaꝭ hn̄t s3 fructū scitatꝭ ñ hn̄t. ad coꝝ radicē securis posita ē. Ut quid terrā occupāt: Excidāꝝ ⁊ ī ignez mittātur. Infructuosis arborib⁹ dura ⁊ amara sn̄ia datur. Dis arbor inquit dominus iesus que nō facit fructum bonum excidetur ⁊ in ignez mittetur. Timeāt ergo arbores īfructuose ypochrite dealbata sepulchra tūba sculpta ⁊ bn̄ polita. Extirpent quod latet itrinsecus cōfiteantur ⁊ sanentur. Mutent fortitudinē suā mutent ꝯscientiam suam conscientie sanent cauteriū ⁊ in via mandatoꝝ dei dirigant gressum ⁊ faciant fructū. vt ꝑ illos pater clarificeꝭ in filio ⁊ christus in patre suo. ⁊ ipsi clarificenꝭ in patre ⁊ filio ⁊ ī spiritu sancto felix ille beatus ille ꝑ quem deus pater clarificatur. ꝑ quem christus laudaꝝ ⁊ spiritus sāctus glorificatur. O

nimis felix cuiꝰ vita ⁊ mores lau
des intonāt creatori. O. viꝝ bea-
tū cuiꝰ aīa suo famulat creatori.
o. beata aīa que suo pro viribus
placere satagit redemptori. Bñ
dicta sit aīa illa cui est tota dile-
ctio xp̄s cui nil satisfacere potest
preter ipsum: qui pro eius amore
otiosus ē que nil preter christum
diliger nouit. qui dilexit nos ⁊ la
uit nos a peccatis nr̄is in sangui
ne suo. ⁊ dedit semetipsū redem
ptionem pro nobis vt nos ꝑ san-
guinē suū adoptaret in filios dei.
Per oīa sit bñdictus xp̄s. q̄ sic di
lexit genꝰ hūanū sicut deꝰ pr̄ di
lexit eū. ipse. n. dicit Sicut dilexit
me pater. ⁊ ego dilexi vos. o. cara
charitas o eterna ṽitas. o. dulcis
etr̄nitas. o beata felicitas. o. decus
angeloꝝ. o splēdor sanctorū iesu
bone iesu sancte: vita imaculata
vita eterna. salus icorrupta. ꝑpe-
tua gloria totꝰ dulcis totus ama
bilis. qñō nos amasti? qñō nos di-
lexisti. qui te ip̄m ī mortē dedisti.
Amor tuꝰ nesciuit habere modū
⁊ mensuram. Tua xp̄o charitans
tenere non potuit. Sicut dilexit
me pater inquis: ⁊ ego dilexi vos
Utinam ⁊ ego essem quē dilige-
ret dominus meus. vtinam audis
sem ex ore domini mei. Sicut di-
lexit me pr̄ ⁊ ego dilexi te. q̄d mi
hi iam deesse posset. si me dilige-
ret iesus meꝰ: Deus inq̄ ⁊ vtinā
meus. O felices diuitie. O opes
beate possidere iesum possidere
dominum christum. Illum mi le
ctor posside per amorem ⁊ sic il-
lum possidebis eternaliter per
amoris retributionē. Ipsa ṽitas
ait. Ego diligentem me diligo. ⁊
qui dilexerit me diligetur a pr̄e
meo ⁊ ego diligam eum ⁊ mani
festabo ei meipsum. Quantꝰ fue
rit amor quē circa nos xp̄s mo-
riendo exhibuit enarrare nō suf
ficit aliquis viuēs. lachryme di-
cant q2 voces explicare desistūt:
Sicut dilexit me pr̄ ⁊ ego dilexi
vos. Uideamus qñō eum deus
pater dilexerit ⁊ quomodo nos
dilexerit ipse. ait enim apostolꝰ.
Christus factus est ꝓ nobis obe
diens vsq̄ ad mortem. mortem.
autem crucis. propter q̄d ⁊ deus
illum exaltauit ⁊ donauit illi no
men quod est sup omne nomen
vt in nomine iesu omne genufle
ctatur. celestium terrestium ⁊ in
fernoꝝ. Et propheta loquens de
eo ad patrem ait. omnia subieci
sti sub pedibus eius. oues ⁊ bo-
nes vniuersas isuper ⁊ peccora
cāpi: volucres celi. ⁊ pisces ma-
ris qui perambulāt semitas ma
ris. Ecce quomodo dilexit deus
pater filium ⁊ ipse non iudicat
quenq̄ sed iudiciū omne dedit
filio suo ⁊ dedit illi nomē quod
est sup omne nomen: vt in noīe
eius quod dicitur iesus oē genu
flectatur celestium terrestium ⁊
infernorum. i. omnis creatura ce
lestis vt sunt angeli archangeli
troni dominationes principatꝰ
⁊ potestates. virtutes. cherubin

⁊ seraphin ⁊ oīs celicus ordo: ⁊
omnis creatura terestris. ⁊ nō ſo
lum hoīes: sed ⁊ bruta aīalia au
dito nomine christi cōtremiſcūt
insuper ⁊ oīs infernalis creatura
tremit ⁊ cōtremiſcit ad tanti no
minis inuocationē. Magna ē igit
dilectio pr̄is in filiū. cū sic eū sub
limauerit. cū sic eū exaltauerit: vt
oīa subiciat sub pedibus eius. vt
oīa supponat ditioni eius. Vidi
mus quō pr̄ dilexit xp̄m. Nūc su
pest vt videamus quō nos dile
xit xp̄s. Quis vnq̄ enodare ſmo
ne amoris abundantiam chari
tas. eminentiā. quā habuit xp̄s i
nobis q̄ dilexit nos ⁊ lauit nos a
peccatis nr̄is in sanguine suo qui
mortē nr̄am sua morte destruxit.
pro nobis eligens mori. vt nos a
morte liberaret et̄na ⁊ nos illuc
attraheret vbi ipse est i gl̄ia pr̄is.
Ait. n. volo pr̄ vt vbi ego sū illic
sit ⁊ minister me⁹. Ecce quō dile
xit nos ꝓ nobis elegit mori. ve
re ne nos morte dānaremur eter
na. Resurrexit a mortuis. vt sue
nos resurrectōis tribueret eē par
ticipes Ascendit in celū. vt nos ꝑ
nos haberet ad palatia celi ⁊ se
det ad dexterā pr̄is. Coronās ⁊ lo
cans. letificans ⁊ collocās quos
proprio cruore redemit quos in
glutino sibi charitatꝭ aseruit se
cū in eadē dextera pr̄is. ip̄m igit
xp̄m. sine mō vltra modum absq̄
meta: vltra metas. assidue ꝯtinue
toto corde tota mēte totis virib⁹
totis virtutibus diligamus vene
remur ⁊ amemus. vt ad ipsum e
cum ipso peruenire ⁊ regnare va
leamus. Qui cū patre viuit deus
⁊ cū sancto flamine bn̄dictus oī
tēpore seculi. Amen.

Omel. xiiij. Sermo. xiiij.

D E dilectiōe dei cū plus bi
bo plus sitio. ⁊ ex ea satura
ri n̄ possū nec ego: nec ali
q̄s perfecte diligēs xp̄m. ip sa cū
plus edit. pl⁹ famē accreſcit ⁊ cū
plus ipsa bibit plus sitim iacuit
ipsam quam inhabitat mentem
sic inebriat: vt nil iam querat vel
diligat nec diligere possit: nec va
leat p̄ter eū. ⁊ sic mūdū dilexit vt
filiū suū vnigenitū daret. vt oīs q̄
credit ⁊ diligit illū nō moriatur.
sed viuat cū eo. Ad hāc nos dile
ctionē auctor ipse inestimabilis
charitatis inuitat in ea nos mane
re p̄catur ⁊ rogat. Ait. n. manete
in dilectiōe mea ac si apte dicat.
Or ego ea dilectōe. qua me pr̄ di
ligit vos diligo: eadē dilectione
me vos diligē rogo. ⁊ qm̄ dilectō
vestra me vsq̄ ad mortē ꝑduxit.
hec ēt mors crudelissima ip̄a a ve
stra charitate seiūxit. me diligite
⁊ in mea dilectione manete. sꝫ q̄li
ter in ei⁹ dilectiōe manere debea
m⁹. sequit ⁊ dicit. Si p̄cepta mea
ſuaueritis manebitis in mea di
lectiōe sicut pr̄is mei p̄cepta ſua
ui ⁊ maneo in ei⁹ dilectione. Qui
hꝫ aures audiēdi audiat. ⁊ q̄ hēt
cor intelligēdi intelligat. Mensu
rā nostre possibilitatꝭ videt exce
det vires aī ⁊ corporis ac visus su
pergredit vniuersos. Preceptū
qd̄ nobis dn̄s impat ꝯsiliū est no

stre salutꝫ qđ ipe auctoꝛ nr̄e.salua
tis nobis accōmodat.quis vnq̄ꝫ
hoiuꝫ ex apostatica radice ꝑmi
parentꝫ exoꝛtꝰ potuit vel poterit
sine aliquo trāsgressiōis neuo cū
oī officio caritatis icussa ⁊ imma
culata xp̄i obseruare ꝑcepta sicut
ipse in totū ⁊ in partē sui pr̄is ser
uauit mādata. q̄ peccatū non fe
cit:nec vnq̄ꝫ peccare iam potuit
nec peccare iā voluit. Nō ēin fi
lijs hoiuꝫ magnꝰ vel paruus tan
ta ꝑditus sanctitate:nec tāte re
ligionis ꝓuilegiatꝰ honoꝛe q̄ nō i
peccatꝫ fuerit ꝯceptus.vel in pec
catis fuerit post ꝯuersatus ꝑter
matrē immaculati peccatū nō fa
cientis.sꝫ peccati mūdi tollentꝫ
de q̄ cū de peccatis agitur nullā
ꝓrsus volo hr̄e questionē. vnde
non imerito nullus tante scitatꝫ
fulget ꝓrogatiua q̄ in oibus ⁊ ꝑ
oia istud sic iam valeat obserua
re ita duntaxat si fuerit exp̄ssiuū
quantitatis. Sed notandū est ꝙ
hoc aduerbiū sicut non hic quā
titatis:sed qualitatis similitudi
nem notat sicut supius assigna
uimus vbi dr̄. Mādatū nouum
do vobis vt diligatꝫ iuicē sicut di
lexi vos.⁊ ē sēsus. si ꝑcepta mea
ſuaueritꝫ:sicut ⁊ ego ꝑcepta pr̄is
mei seruaui ⁊ si manseritis in di
lectione mea sicut ego i dilectōe
pr̄is mei maneo.i.similiter in obſ
uanti a mandatoꝝ meoꝝ vsq̄ꝫ ad
exitū de hitaculo carnis obediē
tes fueritis iuxta possibilitatē ve
stre fragilitatꝫ sicut pr̄i obediēs
sui vsq̄ꝫ ad moꝛtē crucis iuxta ple
nitudinē diuinitatis que in me
coꝛpoꝛaliter hītauit manebitis i
dilectione mea ⁊ ego in dilectio
ne vr̄a sicut ⁊ ego in dilectōe pa
tris ⁊ pr̄ in dilectione mea. Vel
possumꝰ dicere ꝙ hoc aduerbiuꝫ
sicut in nobis in hoc loco vt sue
significatōis nō exercet sꝫ notat
tantū ibi similitudinē dilectōis
⁊ obediētie xp̄i ad deū p̄rezesse
mōitoꝛiā nobis.vt xp̄i ꝑcepta de
beamꝰ obseruare ⁊ i eiꝰ dilectōe
māere. Acsi dr̄et ego ꝑcepta pa
tris mei ꝓ vestra salute ſuaui ⁊
iō maneo in eiꝰ dilectiōe. Et vos
ꝑcepta mea ꝓ meo amoꝛe seruā
te:⁊ sic manebitis in mea dilecti
one. Adhuc amātis amoꝛ me cō
pellit.caritas nr̄i dilectoꝛis iesu
xp̄i dn̄i nostri sed vtinā dilecti.s.
istud capitulū repetere i dilectōe
mea mēte. O iesu iesu r̄surrectio
moꝛtuoꝝ.vita viuentiū.salꝰ eter
na credētiū.totus dulcis totus
amabilis.totus delectabilis.que
rentibus te diligentibus te inue
nientibꝰ te. Dignare me seruuꝫ
tuū loqui cum dn̄o hominem cū
deo.psalma cū psalmatoꝛe factu
ram cum factoꝛe. redemptū euꝫ
redēptoꝛe:igitur audi me.⁊ ne ꝑ
turberis ꝑꝑ me. Nā ego sū.licet
peccatoꝛ q̄ diligo te.nisi tecū lo
quendi ausuꝫ p̄bet dilectio tua
attrahit mentem charitas tua
amoꝛ instigat. Dixisti apostolis
tuis.⁊ per eos dictum intelliga
mus nobis. Manete i me ⁊ ego
i vobis.obsecro te iocūditas pul
chꝛa.dulcedo melliflua suauitas

odoris: odor suauitatis letitia sū
ma gloria sempiterna vita scōꝝ
decus angeloꝝ saluator mundi.
fili dei viui. iesu dulcissime specio
sissime carissime ⁊ amātisime. dic
queso que ē causa tue dilectiōis
tue glutine caritatis ob quam ⁊
te diligere: ⁊ in tua dilectiōe ma
nere nos pcipis. Dic vt qui non
te diligunt audiāt ⁊ diligāt. Et
q̇ te diligunt magis ac magis i
tua dilectiōe feruescāt vox tua dl
cis sonet i auribus meis. Dic si-
cut dilexit me pr̄: et ego dilexi
vos: ⁊ qꝛ dilexi vos mihi repēdi
te vicē me diligite ⁊ i mea dilecti
one manete. iustum est equū est
de iesu hoc qd̄ dicis. hoc quod i
peras nobis. hoc est ⁊ ois eq̇tas
Dicat vt dilectus diligentez di-
ligat. ⁊ amatus amanti mutuaz
caritatem impendat. Uex tamē
aliam causam tue dilectionis in
quirimus qua magis te diligere
debeamus. Dic nobis q̇ es ⁊ q̇d
fecisti nobis. vn̄ nobis te diligere
precipisti. Dic nobis. Ego sum.
qui sum. Ego suz alpha ⁊. O pri
cipium ⁊ finis. creans celū ⁊ ter
ram aera ⁊ maria oia q̇ in eis sūt
factor ⁊ creator cunctoꝝ: rex re-
gum ⁊ dominus dominantium
Audiuim⁹ ⁊ gauisi sumus ⁊ cer-
ti sumus qm̄ tu es deus per oia
secula benedictus. Sed adhuc
quod pro nobis fecisti. Implo-
rant gemitus nostri requirūt la
chrym e peccatricis anime mee.
Illud cum recolo quod feceris
mihi: ⁊ quod fecerim tibi. visce-
ra mea iter se colliduntur spūs
contremiscit. aia conturbatur. vul
neror ⁊ confodior dolorib⁹ mul
tis. Nec mirꝫ. Perpendo quid
fecerit seruus dn̄o suo ⁊ quantas
⁊ quales fuerit dn̄s penas p ser-
uo. Conscientia mihi testis ē de
iesu. quid fecerim tibi. ⁊ crux tua
mihi testimoniū perhibet quid
tu feceris mihi. Tu de⁹ ⁊ ego ho
mo. ⁊ tū pro me tu deus factus
es hō. Tu creator ⁊ ego creatu-
ra. tu ꝓ me dignatus es fieri cre
atura. Tu dn̄s nos serui. ⁊ ꝓ ser
uis dignatus ea fieri seruus. pe-
grinus peregrinis pro exulibus
exul: pro paupibus paup: ꝓ hūi
libus humilis. ꝓ mortalibus nō
tantū mortalis. sed mortu⁹. Nō
qualicunq; morte. sed dura ni-
mis. amara nimis ⁊ turpissima
morte. s. crucis. Hec est opa tua
deus. Hec opa tua considero ⁊
ꝯtremisco. in his te misericordez
esse cognosco ⁊ reuiuisco ⁊ ꝓpt
hoc in te confido de te cōfido te
amo. te diligo te totis visceribus
cōcupisco. Hec opa fratres mei
sunt causa dilectōis christi vnus
q̇sq; vestrum videat si dn̄m iesuz
diligere debeat. Quid ꝓ nobis
facere debuit. ⁊ non fecit. Qūo
nos pl⁹ amare potuit. ⁊ nō ama
uit. Maiorē in nobis dilectionē
non potuit habere q̄ꝫ habuit qꝛ
animam suam in mortē pro no-
bis posuit. Ipsa beata veritas.
testis est. q̄ maiorem caritatem
nemo habet q̄ vt animam suam
ponat quis pro amicis suis. Nō

ergo nobis vilescat fr̄es mei ip̄z dilectio xp̄i q̇ dilexit nos:ꝛ lauit nos a peccatis nr̄is in sanguine suo.nō vobis vilescat fr̄es mei:nō vobis amarescat ipse amor xp̄i ipsa caritas christi. Amor christi totus dulcis.tot⁹ dlectabil̄.suū possessorē non cruciat. sed delectat.non eneruat.sed roborat. cūcta terrena subsanat. sola celestia captat christi mandata req̇rit.ꝛ ea ꝓ viribus obseruare cōtendit.ꝛ de obseruatione p̄ceptoruȝ gressu felici prouehit ad p̄ceptionem gaudioꝝ:vt cuȝ illo iā p̄fecte gaudeat:ꝓ cuius desiderio in hac valle lachrymaꝝ positus tam amare feliciter suspirabat. Unde recte sequitur. Hec locutus sū vobis:vt gaudiū meum in vobis sit:ꝛ gaudiū vestꝝ impleatur.ac si diceret. Jō preci pio vobis:ꝛ moneo vos mea obseruare precepta ꝛ manere in dilectione mea: vt gaudium meū in vobis sit:ꝛ gaudium vestꝝ de me adimpleatur: vt habeam de vobis permutuam caritatē:quā mihi impenditis : vnde possim gaudere:ꝛ illud gaudiuȝ.quod in retributione premioꝝ electi s̄t percepturi:percipere ꝛ possidere possitis. Uel aliter vt gaudium meum:sit in vobis: ꝛ gaudiū vestrum impleatur. Omnis.n.qui christum de intima cordis medulla pure ꝛ illibate ꝛ inconcusse intra sinuȝ charitatis brachijs amoris complectitur ꝛ cōnectit totum eius gaudium reputabit in suū. Immo amplius gaudet de gaudio quod xp̄s accepit a patre resurgendo.ad celos ascēdendo.in dextera eius sedendo q̄ȝ de illo gaudio:quod in die iudicij est p̄cepturus a xp̄o. Igitur fratres carissimi maneat i vobis gaudium xp̄i:siue sit actiuum siue passiuum:siue sit diligentis siue dilecti:id est siue sit gaudium quo christus gaudet de vobis:siue sit gaudium quo nos gaudemus de xp̄o : xp̄i obseruemus precepta : vt ipse gaudere possit de nobis: ꝛ nos de ipso gaudere possumus. Maneat in nobis gaudiū beatitudinis ei⁹:nō solum qua beat vel beatificat de seipso gaudentes:sed etiam qua clarificatus est a patre:vt nos cū illo in eternitate mereamur regnare : per eundem dominum iesum christum:qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat deus benedictus.per oia secula seculorum amen.

Sermo.xiiij.

c

Um de redēptore nostro lingua nostra silere nō debeat:ꝛ ne cito sit ad futurum de ipso tacentib⁹ nimis nr̄ȝ interesse considero si diem ꝛ diē de ipso loquendo:non perfūctorie terminemus.ꝛ econtrario dire damnationis nos subire sniaȝ si vanis verbis nostram manumiserimus linguaȝ. Igitur vana verba ꝛ non sonantia xp̄ȝ nec religionis tenentiā pondus in oi loco eterna clausura damnan

tes ad dulcia eloq̄a a verbo pſiſ
eructuata cythara nr̄a ſuas cor/
das extendat: ⁊ plectꝝ mentꝭ lin
gua vocis magiſtra tuba inſonet
ſaluatori q̄ de ore mellifluo xp̄i ꝑ
fluxere dulcia eloquia vite. Sed
vtinā quod vobis proponit̄ nul
la vilitatis vel contēptus offu/
ſcaret obductio: ſed artius cari/
tate obnexū: careſceret vobis ſu
per lapidem precioſū: ⁊ dulcius
ſapet in veſtri cordis palato: ſu/
per oīa mella ⁊ ſuꝑ quenlibet fa
uuz. Ipſe auctor dulcedinis cui
oīa optata ſuccedunt: cuius vo/
luntati cuncta obediunt: q̄ ēt ea
poteſt que impoſſibilia videntur
eſſe: ſic dulceſcat in cordibus ve/
ſtris: vt vos de eo ſemꝑ audire d̄
lectet: ⁊ me interius ſapiam que
de ipſo eſt doceat: ⁊ ꝑ lāceā oris
mei vulneret ⁊ confodiat hoſtē
generis humani: q̄ pro virib⁹ ela
borat: vt ipſa nobis verba chriſti
auditu vileſcant: ⁊ mihi ⁊ aliȷ̄s ꝑ
dicata ⁊ docta. ſententiā damna
tionis impendant. Adiuuet nos
ſemꝑ ⁊ protegat ⁊ defendat ieſuſ
ab illo q̄ dilexit ⁊ lauit nos a pec
catis nr̄is in ſanguine ſuo nos i
ſtruens verbo ⁊ informans exē/
plo: ſtatuens edictū ſanctiēs pre
ceptū edictum dulce p̄ceptū vi/
te. edictū amoris p̄ceptū caritatꝭ
ſtatuens ⁊ adimplens precipiēs
⁊ ꝑficiēs in ſe inquā ⁊ in nobis.
Hoc eſt illud preceptū qd̄ ieſus
precepit: quod ſtatuit diſcipulis
ſuis preceptū. ſ. caritatis prece/
ptū dilectionis: quod incipit ſic:

ſic hꝫ. Hoc eſt p̄ceptū meū vt di/
ligatꝭ inuicē ſicut dilexi vos. Dul
cis ⁊ ſuauis dn̄s dulce ſuaue mā
datū ꝓponit. Dulce ⁊ ſuaue il/
lud eſſe videt̄: qd̄ p̄cipit dilectio
⁊ alicit amor. nā nulla ibi appet
difficultas vbi eſt caritas eſt nul
lus ibi labor: vbi verus amor eſt
Cuncti amori libenter obedıūt:
⁊ eius iugo colla ſummitūt. lu/
brici lubricoſo. ſancti ſcō. caſti ca
ſto. quilibet in deſiderio ſuo. Jō
dn̄s dat p̄ceptū amoris p̄ceptuꝫ
dilectionis: vt ſuo p̄cepto omneſ
obediant. ⁊ ceruicem ſuꝑbie ſue
ſub iugo ſue humilitatis edoma
re feſtinent. Igit̄ fratres mei tan
q̄ꝫ boni diſcipuli xp̄i ad audien/
dum eſtote parati: ⁊ preceptum
xp̄i quod euangelica vobis ito/
nat tuba libenter accipite ⁊ effi/
caciter in oībus ⁊ per oia adim/
plete: vt ad illum poſſitis ꝑ amo
rē redire: a quo ꝑ tumorē ſuper
bie receſſiſtis. Nunc intēdat ca/
ritas veſtra q̇d vobis precipiat
caritas vera: caritas inexquiſita
caritas inaudita: caritas pia: ca
ritas bona caritas tota dulcis:
tota delectabilis: caritas: ſpōſus
ſpecioſus: decorus: candidus: ru
bicundus: electus ex milib⁹ xp̄s
futuri ſeculi iudex: princeps pa
cis ⁊ dn̄s vite. Ait domin⁹ ieſus
per omnia tempora benedictus
Hoc eſt preceptum meum: vt di
ligatis inuicem ſicut dilexi vos.
Leue preceptū: ſuaue p̄ceptum:
⁊ dulce preceptū. Ad portandū
leue. ad amplectendū ſuaue: ad

tenēdū dulce ⁊ delectabile. quid leuius: q̄d suauius q̄ due dulci⁹ q̄ʒ diligere: Hoc pōt oīs homo sanus ⁊ eger: diues ⁊ paup: stultus ⁊ sapiēs. nobilis ⁊ ignobilis seruus ⁊ liber. nemo se excuset. nemo se i hac parte apologizet. Cuilibet homini est possibilitas ista cōīs. amare videlicet. Sequitur igit̄ ex p̄cepto dñico. vt nos inuicē diligere debeamus. Sed qm̄ multi se diligūt nō ea dilectione q̄ charitas ē. sed ea q̄ in dñʒ est blasphemia. vt ea que fit pro pelle ad pellem: que ɔcipit dolorem ⁊ parit iniquitatē. vt ceca libido. ꝓstibulosa cupido. q̄ eculeum suum: sic ad impetiginē calcaribus malitie ⁊ nequitie ire cōpellit. vt baratrū inferni in quo ē preuidere ⁊ vitare nō possit adiunctum ē: sicut dilexi vos. quō xp̄s nos dilexit: quod ipse dedit supra scriptū relinquimus. Sed vt teipsum ad istud cognoscendum: reducam ad teipsuʒ. nouerit dilectio tua. sācta religio tua. ꝙ caro xp̄i ⁊ sanguis qui in altari a fidelibus sumit̄ ⁊ imolatur. tibi testimoniū perhibet quomodo nos dilexit xp̄s. Jdeo noscat dilectio tua: ꝙ vtilitati ꝓximoꝝ vtilitas ꝓpria quādoqʒ est postponēda. Sed si aliā dilectioneʒ xp̄i adhuc sāctitas tua requirit etiā in bonis temporalibus tibi ab ipso collatis poteris iuenire. Vñ notandū est duas eē christi dilectiones. vnam temporalem: aliam spiritualē. vnā cōmunem aliā specialem. primam. s. tēporalem cōiter iustis ⁊ impijs. pietas creatoris adhibuit. spiritualē. vel specialē. pie ⁊ iuste viuentib⁹ tm̄ attribuit. Hec. s. specialis bifariā spargitur. Alia est de collatione virtutum. alia de retributiōe meritorū. alia est qua nos virtutib⁹. contra tela hostis nequissimi roborat. alia qua nos de nostro tyrāno legitime triūphantes. gloria ꝑpetua ditat. Has duas dilectiōes nobis ipsa pia christi dilectio dedit. qua dilexit nos. ⁊ lauit ab oī inquinamento carnis ⁊ spiritus i sanguine suo. Sicut igitur nos xp̄s duplici amore dilexit. ita nos bina charitate flagrare p̄cepit dilectione sui. ⁊ dilectione ꝓximi. Si charitatem deo. ⁊ hominibus corde puro ⁊ conscientia bona. ⁊ fide ñ ficta exhibemus. facile peccato resistimus. bonis omnibus abundamus. seculi blandimenta reijcimus: ⁊ omnia etiā que difficilia sunt humane fragilitati vel aspera. etiā cū dilectione ꝑficim⁹. si tm̄ deum perfecta charitate. q̄ nobis ab illo est ex toto corde. ⁊ ex tota anima diligamus. Queʒ si ex toto corde diligimus. nihil erit i nobis. vñ peccati desiderijs seruiamus. ⁊ quid est. deum diligere: Jlli soli occupari. animo cōcipere fruende visiōis ei⁹ affectū habere peccati odium. mundi fastidium. diligere proximū quem in se censuit diligendum. in ipso amore fuare legitimū modū. nec ꝑuertere dilectionis ordinē con

stitutū. Ordinē dilectiōis illi p̄uertūt: nec modum diligendi custodiūt: qui aut mundū qui contēnendus est diligūt: aut corpora sua minus diligenda plus diligunt: aut p̄ximos suos nō sicut seipsos aut deum plusq̄ seipsos forte nō diligūt. Corpus nostrū a nobis est diligenduz: vt saluti ei⁹ aut fragilitati naturalr̄ ꝯsulā: vt spiritui ordiate fuiat suis motibus: aīe rationi in nullo ꝯtradicat: vt in die resurrectionis gloria felici perenniter cum domino viuat.

Sermo. xv.

Proximos nr̄os tūc diligimus sicut nos: si nō p̄pter aliquas vtilitates nr̄as: vel sperāda bñficia vel accepta: vel p̄ affinitates: vel ꝯsanguinitates: sꝫ p̄pter hoc tm̄ q꞉ sīt nr̄e nature participes diligam⁹. p̄uide sm̄ nos oēs p̄ximos diligamus: quantum ad mores bonos ⁊ ad vitam eternam consequendam: eoꝝ saluti sicut ⁊ nostre pro posse consulendo ⁊ eoꝝ necessitatibus p̄ut facultas suppetit subueniēdo. deum ex toto corde diligim⁹: si illi soli sm̄ nr̄ꝫ posse placere ꝯtēdim⁹: si ipse solus ē desideriū nr̄m spes nr̄a: intentio nr̄a: totus amor noster tota charitas nostra. Alioquin illum nō perfecte diligim⁹ nec caritatē tenemus: ⁊ qui caritatem nō habet iā nō est eius: nec illuꝫ habebit in premiū sui laboris q̄ in hac erūnosa solitudine: rectā semitā nō tenuerit caritatis. hec est inquā semita caritatis non solum diligentem diligere: sed etiā odientē nō minus q̄ꝫ seipsuꝫ: sed sicut seip̄m. Stricta ⁊ angusta ē semita ista. ⁊ pauci vadūt p̄ eam Illi soli vadunt. per eā: q̄ p̄p̄ xp̄ꝫ seipsos despiciunt. ⁊ q̄bus cūcta preter ipsum xp̄m vilescunt. Isti si aliq̄s diabolicas sentes viatores caritatis occultare volentes inuenerint tanq̄ cerui agilit̄ fortiterq꞉ currentes. amore celestis patrie ducti: vltra dāt saltum. ⁊ ip̄ꝫ diabolum fraternum odiuꝫ suggerentē: ⁊ deducūt ad nichilum. ⁊ ipsos mot⁹. cū ex illata sibi iniuria quodāmodo ꝯturbati fuerint. in fr̄eꝫ cōuiciantem insanire cupiētes: camo caritatis cōstringūt. ⁊ allidunt ad xp̄m. Tales p̄fecto aīam suā ponunt. q꞉ amicis ⁊ inimicis se p̄ caritateꝫ prosternunt. vt oēs hoies lucrifaciāt xp̄o. Qui sic agit ⁊ xp̄i p̄ceptis obedit. ⁊ ei mutuā caritatem ipendit. iste in veritate amicus est xp̄i. ⁊ q꞉ ipsum christum seip̄m odit ⁊ super omnia diligit ⁊ p̄p̄ ipsum odientia cuncta. gaudeat qui talis est. Qui talis est vere monachus est. ⁊ qui talis n̄ est. licet sit cuculosus. licet sit pānosus. siue abrasus. siue tōsorat⁹ habeat q̄cq̄d vis. sit quicq̄d vis est imago vel pictura monachi ⁊ non est monachus. Ad verecūdiā freneticoꝝ dico. Sūt q̄dā in

monaſterio moꝛbo frenetico la-
boꝛantes. ad irā pꝛōpti. ad iracū-
diam pparati. ad odiū feſtini. qui
pꝛuriginē coꝛdis per ſcalpedinez
lingue trahūt ad ſcabiē cutis mē
te coꝛrupti. vagi ⁊ inſtabiles. cir-
cūoculiones. ſuſurrones guloſi.
murmuroſi inuidi tumidi ⁊ elati
deo de bōis collatis ingrati. ade
pꝛeuaricantis pellicia veſtitiſilli-
us veſtimēto ſalutis nudati q̄ ſꝫ
deum creatus eſt in iuſtitia ⁊ ſan
ctitate v̓itatis. Iſti pelluca͂ vete-
rem retinent. ⁊ fronte polita aſtu
tam rabido poꝛtant ſub pectoꝛe
vulpē. Talium frons erubeſcat.
ꝯfundatur ⁊ erubeſcat nimis ve-
lociter. Confiteantur. ⁊ ſanentur
mutēt aīum. dirigāt greſſum i ſe
mitis eternitatis: in viȷs caſtiſſi
mi amoꝛis p̱ gloꝛioſiſſimam viaz
charitatis. fratribus mutuā chari
tatē impendant. deum ſup oīa di
ligant ꝓ illius amoꝛe aīam ſuam
ponāt. in oībus ⁊ per oīa eius pꝛe
ceptis obediant: vt xp̄i amici me-
reātur vocari. ⁊ eē qui dicit. Uos
amici mei eſtis. ſi feceritis q̄ ego
pcipio vobis. O magna dignatō
inextimabilis charitatis exubera
tio. molita bonitas interpꝛetabi-
lis pietas. Ab eius coaditiōe ſer-
uoꝛum. inuenimur indigni. ⁊ tn̄
nos dignat̄ hr̄e. ⁊ vocare amicos
Largitoꝛ dulcediniſ. amatoꝛ cha
ritatis. immo charitaſ cara. ⁊ bea
ta iocunditas. ⁊ iocunda tranq̊l-
litas: ⁊ ſecura ſecuritas. ⁊ felix et̄
nitas. ⁊ eterna felicitas. dn̄s ieſus

totꝰ ꝯſiderabilis. totꝰ amabilis.
theſaurus incōparabilis. marga
rita inextimabilis. vita viuentiū.
ſpes moꝛientium. eterna eoꝛuz fe
licitas qui pꝛo illius amoꝛe ſe in-
felices fecere. O q̄ꝫ felix eſt ille q̄
pꝛo illius dilectione: fecit ſe infe-
licem. Et q̄ꝫ beatus eſt ille. qui ꝓ
pter ipſum. ſemetipſum miſerum
fecit. Uere ille eſt felix, ⁊ eterna
felicitate dignus qui ſeipſum de
Quando inquit delectabit deus cruciatib⁹ vestris: vbi pcipit scriptura quempiã sese iterficere. Qualis vero religio ẽ fodere terrã: siluã excidere: stercora cõportare? Nunqd non snia veritatis ẽ misericordiã volo: ꝛ nõ sacrificiũ? ꝛ nolo morte ptõris: sed vt magis cõuertat ꝛ viuat? ꝛ beati misericordes qm̃ ipsi misericordiã cõsequentur? Utquid vero deus cibos creauit: si nõ liceat manducare? Utqd nobis corpora dedit: si nõ liceat sustẽtare. Denicꝫ q̃ sibi nequã: cui bõus? Quis vncꝫ sane sapiẽs carnẽ suã odio habuit. Talib⁹ tandẽ allegationib⁹ male credulus puer circũuentus seducit: seductorẽ sequit. Cluniacũ ducit tõdet. raditur. lauat. exuitur rusticanis. vetustis. sordidis. induit p̃ciosis. nouis ac nitidis. ꝛ ita in cõuẽtu suscipit. Sz cuz quali putas honore: cũ quo triũpho: cũ quanta reuerẽtia: defertur ei sup coetaneos suos: ꝛ tãq̃ victor rediẽs a pugna: sic laudat peccator ĩ desiderijs aĩe sue. Sustollit in altum statu nõ mediocri collocat: ita vt multis seniorib⁹ prelatus sit adolescẽs. souet. blandit. cõgratulat ei vniuersa fraternitas: exultant oẽs tancꝫ victores capta p̃da: qm̃ diuidunt spolia. O iesu bõe: quã multa facta sũt p vnius animule pditiõe. Cuius ad hec quantũlibet robustũ pectus nõ emollesceret; cuius interior quantũuis spiritualis ocul⁹ nõ turbaret: cui inter alia ad suã liceat recurrere p̃scientiã. Quis denicꝫ in tãta põpa: vel ṽitatem valeat agnoscere vel obtinere humilitatẽ. Mittit interea p eo Romã: apostolica cõpellitur auctoritas. ꝛ vt papa nõ neget ascẽsuz. suggerit ei infantẽ olĩz a parẽtibus oblatũ fuisse monasterio. Nõ fuit q̃ refelleret. nec .n. cõtradictor est expectat⁹ iudicatũ est de parte. abiudicatũ absẽtibus: iustificati sunt. q̃ iniuriã fecerũt. exciderũt a causa. qui passi sunt absqꝫ satisfactione absoluitur reus. firmat priuilegio crudeli: nimiũ clemens snia absolutionis q̃ reportato sua firmaret fluctuanti male suasi stabilitas. securitas dubitanti. Et hic tenor litterarum: hec iudicij summa. hec totius cause diffinitio vt teneãt qui tulerũt: sileant q̃ amiserũt. Inter hec aũt pereat aĩa pro qua xp̃s mortuus est. ꝛ hoc qꝛ Cluniacẽses volunt. Fit pfessio sup professionem. qd vouet. nõ soluet. pponit ei qd nõ tenebit. ꝛ cũ primũ pactũ irritum factũ sit: ĩ scdo geminat puaricatio: ꝛ fit sup̃ moduz peccãs pctm̃. Ueniet. veniet q̃ male iudicata reiudicabit. illicite iurata cõfutabit q̃ faciet iudiciũ iniuriã patiẽtib⁹. qui iudicabit in iustitia pauperes ꝛ arguet in equitate p mansuetis terre. Ueniet pro certo. q̃ per prophetã minat in psalmo. Quanda accepero tp̃us: ego iusticias iudicabo. q̃d faciet d iniustis iudicijs q̃ ipsas quocꝫ iusticias iudicabit: Ueniet inquã. veniet dies iudicij vbi plus pura corda valebũt. q̃

P

astuta v̈ba: ⁊ ꝯscia bona: q̄ꜯ mar-
supia plena: q̄nquidez iudex ille
nec falletur verbis: nec flectetur
donis. Tuū dn̄e iesu tribunal ap
pello: tibi cōmitto causam meaz.
Dn̄e deꝰ sabaoth: qui iudicas iu
ste ⁊ ꝓbas renes: ⁊ corda: cuius
oculi sicut fallere nolunt: ita falli
n̄ possunt: tu vides: q̇ tua: vides:
q̇ querunt ⁊ sua. Tu nosti q̇bus
ei visceribus in cūctis tentationi
bꝰ suis semꝑ affuerim quantis ꝓ
eo gemitibus aures tue pietatis
pulsauerim: qualiter ad queqꜯ illi
us scādala. ꝑturbationes: mole-
stias ego vrebar. torquebar. affli-
gebar. ⁊ nunc timeo ne frustra.
Puto. n. quātū exꝑtus sū adole
scētis ꝑ se satis feruentis: ⁊ inso-
lentis: nec corpori talia expedire
fomēta: nec illa glorie tentamen
ta: itaqꜯ arbiter meus dn̄e iesu de
vultu tuo iudicium meū ꝓdeat:
oculi tui videāt equitates. Uide
ant: ⁊ iudicēt. quid potiꝰ stare de
buerit. an votū patris de filio: an
filij de seipso presertim cuz filius
maius aliq̇d deuouerit. Uideat
⁊ famulꝰ tuus legislator nō Bn̄
dictꝰ: q̇d regularius fuerit: vtrū:
qd̄ factū ē de infantulo nesciente
ipso: an ipse ꝑ se postmodū sciēs
⁊ prudēs fecit. cū iā hēret: vt d̄ se
ipso loqueretur. Quāq̄ dubium
n̄ sit: illum promissuz fuisse: nō do
natū. Hec. n. petitio: quā regula
ꝑcipit: ꝓ eo facta fuit a parētibꝰ:
nec manꝰ illius cū ipsa petitiōe i
uoluta in palla altaris: vt sic offe
retur corā testibꝰ. Ostendit dein

de terra: q̇ cū illo: ⁊ ꝓ illo dr̄ da-
ta fuisse sz si cū terra eū receꝑunt
cur non ⁊ cū terra retinuerunt:
an forte req̇rebant magis datū:
q̄ꜯ fructū: ⁊ pluris estimata ē ter-
ra: q̄ꜯ aīa: Alioquin oblatꝰ mona
sterio: q̇d querebat in seculo: Nu
triendꝰ deo cur expositꝰ erat dia
bolo. Ouis xp̄i cur patere inuen
ta ē morsibus lupi. de seculo q̇p-
pe n̄ de cluniaco te teste Rober-
te vēisti cisterciū. Quesisti: peti-
sti pulsasti: sz tui adhuc teneritu-
dine: lz iuitꝰ dilatus es per biē-
niū. Quo tēpore patienter exple
to: ⁊ absqꜯ calūnia tuis demū ꝑci
bꝰ: multisqꜯ: si meministi: lachri-
mis diu expectatā īpetrasti miseri
cordiā: ⁊ quē satis d̄siderauerās:
igressū obtinuisti. Post hec ꝑ an
nū iuxta regulā i oī potētia ꝓba
tꝰ ꝑseuerāter: ⁊ sine querela ꝯuer
satꝰ post annū spōte ꝓfessus: tunc
ꝑmū seculari veste reiecta religio
nis habitū suscepisti. O insensate
puer: q̇s te fasciauit n̄ soluere vo-
ta tua. q̇ distinxerūt labia tua: An
n̄ vel ex ore tuo iustificaberis: vel
ex ore tuo cōdemnaberis. Quid
de parētis voto sollicitꝰ es negli
gens tui: cū ex ore tuo: nō illiꝰ ha
beas ꝯdemnari. tuoꝝ: nō illiꝰ vo
ta labioꝝ exigēdus sis: ⁊ q̇d tibi
frustra quispiā blandit̄ d̄ absolu-
tiōe apostolica. cuius cōsciam di
uina ligatā tenet snīa. Nemo iq̇t
mittēs manū suā ad aratrū. ⁊ re-
spiciēs retro aptus est regno d̄i.
Nunq̇d ⁊ hoc ꝑsuadebūt. nō eē
retro aspicere: q̇ dicunt tibi euge

euge:filiole si te lactauerit pecca
tores.ne acq̄escas eis:noli crede
re oi spiritui.Sint tibi multi ne/
cessarij:vn⁹ ãt sit tibi ꝯsiliari⁹ de
mille.Tolle occasiões:respue blã
diměta:adulatõibus claude au/
res:tu te interroga de te: qꝛ tu te
meli⁹ nosti.ꝙ̃ ali⁹.attẽde coꝛ tuũ
discute itẽtões ꝯsule ꝟitatẽ tua ti
bi ꝯscia r̄ndeat:cur abieris:cur oꝛ
dinẽ tuũ cur frẽs:cur locũ cur me
q̇ ⁊ tibi carne ꝓpꝛinqu⁹⁊ pꝛopin
q̇oꝛ spũ sũ:ꝺserueris.Si vt arcti⁹
vt rectius.vt ꝑfecti⁹ viueres.secu
rus esto:qꝛ nõ retro aspexisti.sꝫ ⁊
gloriare cũ apostolo dicẽs. q̄ re/
tro oblit⁹.⁊ ad ea:q̄ añ sunt extẽ/
t⁹ sequoꝛ ad palmã glie.Si aliss
noli altũ sape:sꝫ time:qm̄ vt cũ ve
nia tu: dixeri:q̇cq̇d ãpli⁹ idulgẽs
tibi i victu:vestituqꝫ supfluo:i ver
bis ociosis:i vagatiõe licẽtiosa:⁊
curiosa.ꝙ̃.vꝫ.ꝑmisisti:ꝙ̃ apꝺ nos
tenuisti.hoc ꝓculdubio retro re
spicere ẽ.ꝑuaricari ẽ apostatare ẽ
⁊ h̄ dico fili:ñ vt te ꝯfundam:sꝫ vt
tãqꝫ filiũ carissimũ moneã: qꝛ ⁊si
multos hẽas i xp̄o pedagogos:
sꝫ nõ multos patres.Nã:si digna
ris.⁊ verbo:⁊ exẽplo meo in reli
gione ego te genui nutriui deide
facte qꝺ solum adhuc paruulus
capere poteras datur⁹ ⁊ panẽ si
expectares.vt grãdesceres sꝫ heu
ꝙ̃ ꝓpere.⁊ intẽpestiue ablactat⁹
es ⁊ vereoꝛ ne totuꝫ qꝺ foueram
blãdimẽtis:roboꝛauerã exhoꝛta
tionib⁹.oꝛationibus solidauerã:
iã iãqꝫ euanescat:ꝺficiat. ⁊ ꝑeat.
⁊ lugeã miser nõ tã cassi laboꝛis

damnũ.ꝙ̄ dãnate sobolis misera
bilem casum.Placetne tibi. qꝺ
alius nunc gloꝛiet̃ ꝺ te.q̇ nihil vti
qꝫ laboꝛauit in te.Simile mihi ꝯ
tigit:qꝺ ⁊ illi meretrici apud So
lomonẽ:cui.vꝫ.paruul⁹ suus ab
ea:que suũ a se oppꝛessũ extinxe/
rat:furtim sublat⁹ est. Tu quoqꝫ
ꝺ sinu mihi.⁊ vtero abscissus es
ablatuꝫ gemo : repeto violenter
euulsuꝫ nõ possuꝫ obliuisci visce/
ra mea.quoꝝ nimirũ parte detra
cta ñ modica.nõ põt nisi toꝛque/
ri pars reliqua . Verũtamẽ quo
tuo cõmodo:qua tui necessitate
hoc nobis molliti sũt amici nr̄i:
quoꝝ manus sanguie plene sunt
quoꝝ aiaꝫ meaꝫ pertransiuit gla
dius.quoꝝ dẽtes arma ⁊ sagitte:
⁊ lingua eoꝝ gladius acut⁹:Naꝫ
vtiqꝫ mihi:si i aliquo vnq̃ eos of
fenderã:qꝺ vtiqꝫ ꝯscius mihi nõ
suꝫ:plenã pꝛoꝛsus repẽderẽ vicẽ.
Mirũ vero:si non plus caliõe re
cepi.si.vꝫ.tale aliq̇d in eos deliq̇s
se potui.q̄le ab eis nũc ꝑtuli:naꝫ
vt veruꝫ fatear:nõ os de ossibus
meis.vel carnẽ de carne:sed tule
rũt mihi gaudiũ coꝛdis mei fru/
ctũ spũs mei.coꝛonã spei mee: ⁊
vt mihi sẽtire videoꝛ.aie mee di/
midiũ.Vt qui hec:Foꝛte miserti
sũt tui.⁊ ceco cecũ ducẽti idignã
tes.ne pires post me.i suũ te trã/
stulert ducatũ.O molesta caritas
O dura necessitudo tm̄ tuã ꝺilexe
re salutẽ.vt i meã ipingerent.Ni
si me ꝑẽpto tu saluari ñ poteras.
Et vtinaꝫ ipsi te absqꝫ me saluent
vtmã.⁊si ego moriar.vel tu viuas

Sed quid. Salus ergo magis in
cultu veſtiū: ⁊ ciboꝝ ē opulentia
q̄ꝫ i ſobrio victu: veſtituq́ꝫ mode-
rato. Si pellicie molles: ⁊ calli-
de: ſi pāni ſubtiles: ⁊ ꝓcioſi: ſi lōge
māice: ⁊ amplū caputiū: ſi optori
uꝫ ſilueſtre: ⁊ molle ſtramentum
ſcm̄ faciūt: q̇d moꝛoꝛ ⁊ ego: ꝙ te ñ
ſequoꝛ: Sꝫ ħ infirmantiū ſunt fo-
menta: ñ arma pugnātiū: ecce. n.
q̇ mollibus veſtiunꝛ: in domibus
regū ſunt. vinū: ⁊ ſimila: mulſū: ⁊
pingnia coꝛpoꝛi militāt ñ ſpūi. fri
curis non aīa ſaginaꝛ ſed caro.
Multi i egypto fratres multo tē
poꝛe deo ſine piſcib⁹ ſeruierunt.
Piper cinamomū: ſaluia: ⁊ mil-
le huiuſmodi ſalſamētoꝝ ſpēs pa
latū q̇dē delectāt: ſꝫ libidinē accē
dūt: ⁊ tu mihi cū his ſecuritatem
pōces: tu cū huiuſmodi tutā dices
adoleſcentiā. Prudēter: ſobꝛieq́ꝫ
cōuerſanti ſatis ē ad oē condimē
tū ſal cū fame: q̄ ſola nō expectata
neceſſe eſt alias: atq́ꝫ alias de ne-
ſcio quib⁹ ſuccis extraneis ꝯfici ꝑ
mixtiones: que neq́ꝫ palatū repa
rent: gulā ꝓuocent: excitent appe
titū. Sed quid faciet inquis: qui
aliō nō poteſt: Bene ſcio qꝛ deli
cat⁹ es. ⁊ ꝙ his aſſuet⁹ modo du
rioꝛa nō poſſis. Sed q̇d ſi potes
facere: vt poſſis. Queris quō.
Surge: ꝓcingere: tolle otiū exer-
ce vires: moue bꝛachia: ꝯploſaſ ex
plica man⁹: exercitare in aliq̊. ⁊
ſtatim ſenties ſola te appetere: q̄
famē tollant: nō q̄ fauces demul
ceāt. reddet q̇ppe ſapoꝛes rebus
exercitiū quos tulit inertia. Mul
ta q̄ reſpuis otioſus. poſt laboꝛeꝫ
ſumes cū deſiderio. Siq̇deꝫ otiū
parit faſtidiū: exercitiū famem: fa
mes āt miro mō dulcia reddit. q̄
faſtidiū reddit īſipida. Olus: fa-
ba: pultes: panisq́ꝫ cibari⁹ cū aq̄
q̇eſcenti q̇dem faſtidio ſūt. ſꝫ exer
citato magne videnꝛ delitie. Jaꝫ
foꝛte tunicis diſſiuet⁹ exhoꝛreſcis
nimiū eas taꝫ propter hiemis fri
g⁹: q̄ꝫ pꝛopter eſtatis ardoꝛeꝫ. Sꝫ
nūq̇d legiſti q̄ timet pꝛuinam: ir
ruet ſuper eū nix. Uigilias time ſ
⁊ ieiunia manuūq́ꝫ laboꝛē. Sꝫ ħ
leuia ſūt flāmas meditāti eternaſ
Recoꝛdatio deide tenebꝛaꝝ exte
rioꝝ facit nō hoꝛrere ſolitudinē.
Si futurā cogitas de vbis otioſiſ
diſcuſſionē: ñ valde diſplicebit ſi-
lentiū flet⁹ eternus. ⁊ ſtridoꝛ ille
dentiū ante coꝛdis oculos redu-
ct⁹ pares tibi reddet mattā ⁊ cul
citrā. Deniq́ꝫ ſi totū de nocte: qꝺ
regula ꝓcipit bene ad pſalmos vi
gilaueris. nimis dur⁹ erit lectus
in q̊ q̇ete non doꝛmias: Si tantū
in die quantū pꝛofeſſus es. mani
bus laboꝛaueris: dur⁹ erit tibi ci-
b⁹. quem libenter non comedas.
Surge miles xp̄i. ſurge. excutere
ꝺ puluere. reuertere ad ꝓliū. vñ
fugiſti foꝛti⁹ poſt fugam pꝛeliatu
r⁹. glorioſi⁹ triūphatur⁹. Habet
q̇dē xp̄s m̄ltos milites q̄ foꝛtiſſi-
me ceperūt. ſteterūt. vicerūt. pau-
cos aūt. q̇ de fuga conuerſi rur-
ſus ſe periculo ingeſſerint qꝺ ꝺcli
nauerāt. curſus fugarint hoſtes.

quos fugiebāt. ꝛ qꝛ oē rarū p̄cio-
sum gaudeo te de illis posse esse
qui quanto rariores tanto appe
bunt gloriosiores. alias aūt si mi-
tū timidus es. cur vel times vbi
nō est timor. non aūt times. vbi
magis timendū est. An quia fu
gisti ex acie. putas te man⁹ hosti
um euasisse: libētius te inseq̄tur
hostis fugiētē. q̄ꝫ sustineat repu
gnantē ꝛ audatius insistit a ter-
go. q̄ꝫ resistat i faciē secur⁹ nūc p
iecꝭ armis capis matutinos so-
nos cū xp̄s hora illa resurrexit ꝛ
ignoras ꝙ exarmat⁹ ꝛ tu timidi
or. ꝛ hostib⁹ min⁹ timid⁹ sis. Ar-
matoꝝ multitudo circūdauerūt
domū. ꝛ tu dormis. iā ascēdunt
aggerē. iā dissipāt sepē. iā irruūt
p posticū. Tuti⁹ ne ē ergo tibi. vt
te iueniāt solū: q̄ꝫ cū alijs. nuduꝫ
in lectulo. q̄ꝫ armatū in cāpo ex
pgiscere. sūme arma. ꝛ fuge ad ꝯ
militones tuos. quos fugiēs de-
serueras. vt q̄ te ab eis disiunxe-
rat. ipse te dēuo timor iūgat. q̄d
armoꝝ refugis pond⁹. ꝛ asp̄itatē
delicate miles. Aduersari⁹ istās
ꝛ circūuolātia spicula facient cli
peū nō esse oneri loricā nō senti
ri. vel galeā. Et q̄dē subito ꝓce-
dēti de vmbra ad solem. de otio
ad laborē graue cernit oē. q̄d ici
pit. sed postq̄ꝫ ab his dissuescere:
ꝛ ad illa se paulisp assuescere ce-
perit. vsus tolit difficultatē. iuēit
q̄ꝫ facile eē. q̄d ꝛ ipossibile aū pu
tauit. Solent ēt fortissimi milites
audita buccina aū ꝯgressū trepi
dare. At vbi ad prelium ventum
fuerit. spes victorie. ꝛ timor ne vi
cātur reddit itrepidos. Quid ve
ro tu trepidas. quem fratꝝ vna-
nimitas armatoꝝ circunuenient
cui angeli assitent a latere. quem
dux belli christus prehibit suos
animans ad victoriam: ꝛ dicēs.
Confidite ecce ego vici mundū.
Si christus pro nobis. quis con
tra nos: securus ergo putes pu-
gnare vbi securus es de victoria
O vere tuta cum christo. ꝛ pro
christo pugna. in qua nec vulne
ratus. nec prostratus. nec concul
catus. nec milies: si fieri pōt: occi
sus fraudaberis a victoria. tantū
ne fugias Sola causa. qua pder
possis victoriam. fuga est fugien
do potes illam amittere. moriē-
do nō potes: ꝛ beatus. si pugnā
do moriaris quia mortuus mox
coronaberis. Ue autem tibi si d
clinando pugnam: perdis. ꝛ vi-
ctoriam simul: ꝛ coronam. Qd
ipse auertat a te fili dilectissime.
qui in iudicio de his meis litte-
ris maiorez hꝫ inferre damnatio
nem: si nullam ex eis in te repit
emendationem.

Diui bernardi abbatꝭ epistola
de gubernatione familie.

G Ratioso ꝛ felici mi
liti. B. Raymondo
castri ādrosij: Ber-
nardus in seniuꝫ de
ductus saluteꝫ. Do
ceri petis a nobis d cura ꝛ modo
rei familiaris vtili⁹ gubernāde:

⁊ qualiter patresfamilias dbeāt
se habere. Ad qđ tibi sic respōde
mꝰ. Quod licet oium reꝝ mun-
danaꝝ status ⁊ exitus negocioꝝ
sub fortuna laborent, non tamē
hoc timore viuendi est regula
omittenda. Audi ergo ⁊ atten-
de qđ si in domo tua sūptꝰ ⁊ red
ditus sunt equales Casus inopi
natꝰ poterit destruere statū eiꝰ.
Statꝰ hominis negligentis do-
mꝰ est ruinosa. Quid est negli-
gētia gubernantis domū: ignis
validꝰ in domo accēsus. Discu-
te diligenter eoꝝ diligentiā ⁊ ꝓ
positū qui tua administrāt. La-
benti.n. nondum lapso facultati
bus: nimis verecundie est absti-
nere ꝙ̄ cadat. Sepiꝰ reuidere q̄
tua sunt ⁊ quō sint magna ꝓui-
dētia est. Cogita de cibo ⁊ potu
animaliū tuoꝝ. Nam esuriunt ⁊
nō petunt. nuptie sumptuose dā
num sine honore conferunt. Sū
ptus pro militia honorabilis ē.
Sūptus pro iuuando amicos ra
tionabilis est. sūptus pro iuuan
do prodigos ꝑditꝰ est. Familiaꝫ
grosso cibo non delicato nutri-
as. Qui gulosus effectꝰ ē. vix ali
ter quā morte mores mutabit.
Gulositas vilis ⁊ negligentis
hois putredo ē. Gulositas solli
citi ⁊ diligentis hois solaciuꝫ est
Diebꝰ pascalibus abundanter
non tn̄ delicate pasce familiam.
Fac gulam litigare cuꝫ bursa. ⁊
caue cuiꝰ aduocatus existas. Si
aūt inter gulam ⁊ bursaꝫ iudex
existas sepiꝰ sed non semper per
bursam sententiā feras. Nā gu-
la affectionibꝰ probat ⁊ sic testi-
bꝰ non iuratis Bursa euidēter
ꝓbat iam arca ⁊ cellario euacua
tis vel breui tp̄e vacuandis.
Tunc male iudicas cōtra gulaꝫ
quando auaritia ligat bursam.
Nunꝙ̄ recte inter gulaꝫ ⁊ bur-
sam auaritia iudicabit. Quid ē
auaritia? sui homicida. Quid ē
auaritia? paupertatis timor: sꝑ
in paupertate viuens. Recte vi
uit auarus in se non ꝑdēs diui
tias sed aliīs reseruādo. Meliꝰ
est.n. aliīs reseruare ꝙ̄ in se per
dere. Si blado abūdas nō dili-
gas carestiā: q: diligens carestiā
cupit esse pauperum homicida.
Vende bladū cum satis valet:
nō quando per pauperē emi nō
pōt. Vicinis minori precio ven
de ēt inimicis. Non semper gla
dio sed sepe seruicio vincit inimi
cus. Superbia cōtra vicinū bal
neū est expectans tonitrum cuꝫ
sagitta. Habes inimicū queras
tuū oculuꝫ pro tui custodia. Si
habes inimicū conuersationem
non habeas cū ignotis. Semꝑ
cogita qđ inimicꝰ sagax cogitat
inimici vias. Debilitas inimici
n̄ ē loco pacis sꝫ tregua ad tp̄s.
Si te securas n̄ cogitare inimicū
tuū que tu cogitas ꝑiculo te ex-
ponis. De feminis tuis suspectꝯ
q̇d agāt ignorātiā nō sniam que
ras. Postꝙ̄ sciueris crimē vxo-
ris tue a nullo medico curaberis
Dolorē de mala vxore tūc mitti
gabis quādo audies de vxoribꝰ

De gubernatione familie.

alienis. Cor nobile ⁊ altuz non in
quirit de operibus mulierū. Ma
laz vxorem potius riſu quā bacu
lo caſtigabis. Femina ſenex ⁊ me
retrix oēs diuicias ānullabit. Fe
mina ſenex ⁊ meretrix ſi lex ꝑmit
teret viua ſepeliēda eēt. De veſti
b⁹. Nota ꝙ veſtis ſumptuoſa: ꝓ
batio ē pauci ſenſus. Veſtis ni
mis apparens cito vicinis tediū
parit. Stude bonitate placere ſi
veſte. Mulieris petitio habentis
veſtes ⁊ veſtes q̄rentis non indi
cat firmitatē. De amicis: tene q̇d
maior eſt amicus q̇ ſua tribuit ꝙ̄
q̇ ſeipſum offert. de verbis eſt ma
gna copia amicorū. Amicum nō
reputes q̇ te preſentē laudat. Si
cōſulis amico non queras place
re ei ſ; rationi. Dicas in conſulē
do ſic mihi videt: non preciſe ſic
agendum eſt. qm̄ facilius de ma
lo exitu conſilij redargutio ſeq̇t:
ꝙ̄ de bono laus. Audiui q̇d io
culatores te viſitant. Attende q̄
ſequūtur. Homo impendēs iocu
latori cito vxorē habebit cui⁹ no
mē erit paupertas. S; quis erit
huius vxoris filius: deriſio. Pla
cet tibi verbuz ioculatoris: finge
te nō audire ſed aliud cogitare:
ridēs ⁊ gaudens de verbis iocu
latoris iam pignus ſibi dedit. Io
culatores iproperātes digni ſunt
ſuſpēdio. Quid ē ioculator ma
la improperās animal homicidi
um ſecū portans. Ioculatoris in
ſtrumēta deo non placent. Audi
de famulis. Famuluz alti ⁊ elati
cordis repelle vt futurū inimicuz

Famulū tuis moribus blandien
tem repelle. Famulo ⁊ vicino te
preſentez laudantibus reſiſtas:
aliter cogitāt te decepiſſe. Famu
lū ſe de facili verecundantem di
lige vt filiū. Si vis edificare do
mū inducat te neceſſitas nō vo
lūtas. Cupiditas edificādi edifi
cādo non tollitur. Nimia ⁊ ior
diata edificādi cupiditas parit
cito ⁊ expectat edificioꝝ venati
onem. turris cōpleta ⁊ arca va
cuata faciūt valde ſ; tarchomi
nē prudentem. Vis aliquando
vendere: Caue cū vendere volue
ris ne partem hereditatis vēdas
Non vendas potentiori ſed po
tius minori precio des minori.
Totū aūt vende plus offerenti.
Melius eſt grauem pati famez
quam patrimonij venditionez.
Sed meli⁹ eſt partem vendere
quā ſe vſuris ſubijcere. Quid eſt
vſura: Venenum patrimonij.
Quid eſt vſura legalis latro ꝓdi
cens q̇d intendit. nihil emas in
ꝯſortem potentioris paruū con
ſortē patienter ſubſtineas. ne ti
bi fortiorē ſociet. Queſiuiſti de
vſu vini. Qui i diuerſitate ⁊ abū
dantia vini ſobri⁹ eſt: ille eſt ter
renus deus. Ebrietas nihil recte
facit niſi cuz in lutum cadit. Sē
tis vinum: fuge conſortium. Sē
tis vinum quare ſomnum ante
quam colloquium. Qui ſe ebriū
verbis excuſat ebrietatem ſuam
aperte accuſat. Male ſedet in iu
uene vina cognoſcere: Fuge me
dicum ſcientia plenum ⁊ exer

citio non probatum. Fuge medi-
cum ebrium. Caue tibi a medico
volēte in te experiri qualiter ali-
os ꝺ ſimili morbo curabit. Catu
los valde paruos: dimitte clericiſ
⁊ reginis. Canes cuſtodes vtiles
ſunt: Canes ad venādū plus cō-
ſtāt quam conferant. Habes fili
os diſpenſatores tuorum bonorū
ñ inſtituas. Sed dices ſi aduerſe
tur fortuna quid prodeſt viuēdi
doctrina: Audi q̊d de hoc videri
ſtultos omittētes cōtingētia: ⁊ tā
dē ſe excuſantes ſub fortuna. eue
nit aliquando fortuna. Sed ſer-
uās doctrinaʒ raro accuſabit for
tunaʒ. Raro. n. diligentiam cū in
fortunio ſociabis ſed rarius a pi-
gritia infortuniuʒ ſeparabis. Ex-
pectat piger ſibi ſubuēiri a deo q̊
in mūdo iſto vigilare ꝑcepit. Tu
ergo vigila ⁊ leuitateʒ expēdēdi
cū grauitate lucrādi cōpēſa. Ap-
propinquat ſenectus: conſulo ꝙ
deo potius quaʒ tuo filio te com
mittas. Diſpōis legata ꝯſulo: ꝙ
primo ſeruitoribꝰ quaʒ ſacerdoti
bus ſolui mādes. Diligentibus
ꝑſonam tuā nō cōmittas animaʒ
tuā. cōmitte aīam tuā diligentibꝰ
aiaʒ ſuā. Diſponite ꝺ rebus ante
morbum. Sepe quis efficitur īfir
mitatis ſeruus. ⁊ ſeruus teſtari ñ
pōt liber ergo teſteris ante quaʒ
ſeruus efficiaris. Sufficiat tibi ꝙ
de te dictum eſt. De filijs audi.
Mortuo patre filij querūt diuiſio
nē. Si nobiles ſunt melior ē ſepe
eoruʒ ꝑ mundū diſperſio ꝙ̄ here
ditatis diuiſio. Nā ſepe ē grauis
coꝝ diſſolutio: hmōi hereditatis
diuiſio. Si laboratores ſūt faciāt
ꝙ volunt: Si mercatores ſunt: tu
tior coꝝ diuiſio quā communiōe
vnius infortuniū alijs īputetur.
Mr̄ vero forte remaritari querit
ſtulte agit. ſed vt ſua peccata de
ploret vtinā ipſa ſenex accipiat
iuuenē. Nam nō ipſaʒ ſed ſua q̊
ſiuit: q̊bus habitis libet cum eo
doloris calicē quem optauit ad
quē eam ꝑducant merita ſua dā
nabilis ſenectutis.

Meditatio ꝺuotiſſima ſuꝑ Sal
ue regina: que diuo Bernardo
attribuitur.

a

D ſalutādū ꝟgineʒ
primo debeo eiꝰ ma
gnitudinē conſide-
rare. Nec. n. circa ſu
um filium amplius
potuit eleuari: ꝙ̄ vt mr̄ dñi vo-
caretur. Admirans ergo magni
ficentiā matris noſtre deuote ⁊
reuerenter dicito. Salue regina
Sub tuo regimine dña volo de
cetero militare: me totaliter dña
tioni tue committo. vt plenarie
regas. nihil mee inſipiētie dimit
tēs de mei regimine. Quicquid
. n. mihi dimiſeris noueris miſer
rime deſtruēdum. Sed cuʒ ple
nus ſim miſeria a vertice vſqꝫ ad
pedū plātas ⁊ putrefactuſ. fetorē
grauem ⁊ horrorem qūo digna-
beris regere tam nobilis creatu
ra: Quis tu es regina miſericor
die. Et qui ſunt miſcordie ſubdi
ti niſi miſeri: Multum es ſolici-
ta de miſeris: hos in tuos filios

adoptaſti. hoſ ꝑgeſ dña voluiſti ⁊ iō regina miſicordie vocaris. Nos ergo miſi tecū ḋ cetero cō ſolemur. tecum amodo domina habitemꝰ. te mētis viſcerībꝰ am pleccamur. qꝛ tu es vita. Uita vere q̄ mortē ſupbie humilis vi cisti ⁊ nobiſ vitā gratie īpetraſti. O certe vita amabilis. vita deſi derabilis vita delectabilis. o vi ta q̄ nuſtris tuos celeſtibus ali mentis. Qui enim vult te habe re ſe affligat. delitias reſpuat: de licata queqꝫ cōtēnat. ⁊ q̄ ampluſ amortificatus fuerit te amplius poſſidebit dulcedo. Uere dulce do q̄ amaritudinē peccati impe trādo expelliſ. q̄ nobiſ gratie dul corez acq̄ris: q̄ ad ſuauitatē pa trie celeſtis ꝯtēplātis ītroducis. O dulcis domina cuiꝰ ſola me moria affectū dulcorat. cuiꝰ ma gnitudinis meditatio mētē ele uat. cuiꝰ pulchritudo oculū īterio rē exhilarat. cuius amenitatis i mensitas cor meditātis inebriat. O domina q̄ rapis corda homi nū dulcedo. non ne cor meū do mina rapuiſti? Ubi q̄ſo poſuiſti illud. vt ipſū valeam inuenire! O raptrix cordiū quando mihi reſtitues cor meū. Quare ſic cor da ſimpliciū rapis. Quare violē tiam facis amicis. Nunquid ip ſū ſemper vis tenere. Cum illud poſtulo mihi arrides. ⁊ ſtati tua dulcedine ꝯſopitus quieſco. Cū in me reuerſus iterū illud poſtu lo me complexaris dulciſſima. ⁊ ſtati iebrior tui amore tunc cor

meū nō dircerno a tuo nec aliud ſcio petere niſi tuū. Sed ex quo eſt cor meum tuo dulcore ſic in ebria tū guberna illud cū tuo. ⁊ ⁊ i ſanguine agni cōſerua. ⁊ i la tere filij colloca: tūc aſſequar qḋ itēdo: ⁊ poſſidebo qḋ ſpo. qꝛ tu es ſpes noſtra. Sperēt ergo i te qui nouerunt nomen tuū. quo niā nō dereliq̄ſti querētes te do mina. Certe q̄ ſpāt i te mutabūt fortitudinē aſſument pennas vt aquile. volabunt ⁊ nō deficient. Quis nō ſperabit in te. que etiā adiuuas deſperatos. Non dubi to ꝙ ſi ad te venerimus habebi mus qḋ volemus. In te ergo ſpe ret q̄ deſperat. qui deficit ad te currat. Salue. Quis ergo de ce tero nos a tui ſalutatione pote rit ꝓhibeꝛ ex quo ſic es vita: dul cedo ⁊ ſpes noſtra ſalue. Quis ergo ex quo regina es noſtra. a tua reuerētia nos poterit ſepera re, vel īpedire? Primo es dña ſa lutēda vt ꝑte gr̄a īpetereꝛ. Scḋo vt per te ad gloriā veniaꝛ ad te. Ad te ḃe: qꝛ tu ſola deū genuiſti tu ſola īteremiſti vniuerſā hereti cā prauitatē. Ad te certe q̄ leuaſ nos a fecibꝰ peccatorū: q̄ nos cō ſolaris ī cunabulis vagiētes. la ctas puulos eſurientes. Clama mus q̄re nō clamaremus dña. q̄ vulnera ſuſtinemꝰ plagas ſenti mꝰ q̄ iīmicis vndiqꝫ circūdāur. Clamamꝰ anguſtiati miſijs ifini tis oppſſi. Clamamꝰ cordis an xietate. ſtōachi vacuitate: dolo ris acerbitate aut forte erga te

amoris imēsitate. Quare .n. obdormis dñā? Surge adiuua nos. Clamamus etiā vt nostrā manifestemus necessitatē qz clamare necessitas nos cōpellit. q̄d nos amplius afligis. Si multum tardaueris vocē amittā clamādo. ⁊ ad te amplius vociferare nequibo. Heu mihi tūc q̄d faciā cum nec exaudire me poteris nec audire. Cito: cito dñā subuēias clamāti ne in manibus deficiā inimici curre festina dñā. ⁊ tuū iniq̄ssimū. ⁊ īfidelissimū seruū ad te clamātē parcēdo adiuua. ⁊ eripe de manu ⁊ piculis tui hostis. Si aliud te allicere domina nō deberet: nisi qz tuus hostis audet nos tuos s̄uos iuadere fraudolēter: deberes ad nos q̄zcitius festinare. curre ⁊ libera nos domina propter eorū superbiaz reprimēdā. Curre: ne dicāt vbi est eorū domina: de cuius clemētia cōfidebāt. ne mireris domina si clamam⁹: qz sum⁹ a te nimiū elōgati. In regiōe lōginqua dissipauim⁹ partē nostrā ⁊ ideo ad te clamam⁹ exules. Exules a patria exules a visione diuine ⁊ vtinā nō exules a gratia. exules a cōsolatōne materna. O aīa cur nō es potius a corpore separata. q̄z a tua domina exul facta. Heu mihi. cur sū i tā lōgū exiliū relegatus O dñā dū hic sumus exules cōstituas nos. ne h̄ tāq̄z i p̄ria cōfidētes te ⁊ tuū filiū q̄rere d̄sistam⁹. sic tn̄ ↄstituas exules i corpe sēp tecū simus ciues i mēte. Filij eue vē filij eue supbi p̄sūptuosi. āmbitiosi: auari: gulosi ⁊ carnales iobediētes: ⁊ breuit̄ i oib⁹ ipsā euā sequētes: pni sum⁹ ad malū difficiles vō ad bonū ⁊ si ↄtingat aliquē filiū bonoꝝ opū generar̄ cū quodā cordis dolor̄ ⁊ tristitia pturim⁹: sz malū cū letitia ppetram⁹ nec nobis sufficiūt mala nr̄a sz sic ipa eua ita ⁊ nos alios iclinam⁹ ad malū: ⁊ ēt sic ipsa ita ⁊ nos i d̄fectib⁹ excusam⁹: aut saltē si possum⁹ i alios extorq̄m⁹ Pl⁹ .n. placet nobis i multo sudor̄ ⁊ labor̄ vilia acq̄rere: q̄z dominū glorie d̄gustar̄. ⁊ ip̄z leuissime imo dulcissime possider̄. nisi .n. nos dñā adiuuasses. fortassis iā i iferni pfūdissima vēissemus nec ē q̄d nos valeat excusare q̄ nō te sz euā i oib⁹ imitemur ac p hoc Ad te suspiramus. Suspiram⁹ āt d̄ tā bone matris absentia vēir̄ ad te dñā cupiētes. Suspiram⁹ ad vider̄ filiū tuū affectātes Nimi⁹ ergo amor quo erga te sum⁹ iebriati itrisec⁹. cogit nos ad te domina suspirare. Oibus es amabilis: omnibus affabilis oibus delectabilis sedes sapiētie: fluui⁹ clemētie: radi⁹ deitatis nec ē qui se abscondat a calore tuo. Quis ergo ad te dñā nō suspirabit. Amore suspiramus: ēt ⁊ dolore. Undiq̄z nos angustie p̄mūt Quomodo ergo ad te nō suspirem⁹ solatiū miseroꝝ refugiū expulsoꝝ: liberatio captiuoꝝ: regia beltatoꝝ: d̄pa vulnersoꝝ ēt simul coꝝ: nec ē q̄ tue volūtati valeat

obuiare. Sic afflicti: ſic miſi ad
te ſuſpiramus. Gemētes ⁊ flen-
tes in hac lachrimarꝫ valle. Heu
dn̄a nō vides ꝙ totaliter ſumus
amaritudine pleni. Intus ſumꝰ
gemētes exterius flētes i loco la
chrimoſo iacētes: onerati peccatꝭ
gemimus aggrauati moleſtijs
flemꝰ abūdātes miſerijs in valle
lachrimarū ſumus tuū ſubſidiū
poſtulātes. Quid amplius dicā
nec ſufficio nec ſcio oia ꝯſtabilia
huius vallis enarrare. Eya ergo
aduocata noſtra. O laudabilis
clemētia ſaluatoris. q̇ ſic afflictꝭ
tā nobile ſubſidiū dignatus eſt
elargiri. ⁊ iō nō ē timēdū q̇n mi
ſerearis miſiſ: ad illā ꝑtē iclināſ
ſētētiā quā defēdis vt nobis ex-
hibeas gloriā quā crearis. nō er
go reſtat dn̄a: niſi vt illos miſeri
cordes oculos ad nos cōuertas
Eya ergo aduocata noſtra illos
tuos miſicordes oculos ad nos
cōuerte. nō dubitamꝰ domina ꝙ
ſi noſtras aſpexeris miſerias ⁊ n̄
poterit tua miſeratio ſuū retar-
dare effectū. Mirabiles nec nō
⁊ amabiles illi tuorꝫ radij oculo
rū q̇bꝰ noſ allicis ad amorē. ⁊ ad
plenā ducis ſalutē nec venena-
tos oculos baſiliſci timeamꝰ. O
eue oculi venenati. Cur n̄ offer
tis vos oculis ꝟginis. ſi vultꝭ ꝑfe
ctā recipe medicinā. nā ſuorꝫ cla
ritas oculorꝫ tenebraſ expellit: ef
fugat cateruas demonū purgat
vitia mētiū: corda ꝯgellata accē
dit ⁊ demū ad celeſtia trahit: O
q̄ꝫ beati o dn̄a quos tui viderit
oculi hos gꝰ ocl'os ad nos dn̄a ꝯ
uerte. Et ieſū bn̄dictū fructū ven
tris tui nobis poſt hoc exiliū oſ̄
de. O Vēter mirabilis. q̇ potuit
cape ſaluatorē o vēter laudabil'
q̇ meruit recipe redēptorē. o vē-
ter ꝯſiderabilis q̇ emanauit ꝯſi-
deriū mētiū: grāꝝ fluuiū glorie
ꝑmiū. o vent amabilis ⁊ dulce-
do aie. o eleuatō mētiū. i ebriatio
cordiū ſanitas pctōꝝ. Fructꝰ tuꝰ
dn̄a. Hic certe ē fructꝰ beatꝰ a ꝑn
cipio ſui ortꝰ. Hic ē ieſus dī viui
filiꝰ Hic ē ſaluator noſter dn̄s d-
us. Hūc ieſū bn̄dictū fructū ven
tris tui nobis poſt hoc exiliū oſ̄
de. vt vidēdo ipſū habeamꝰ. ip-
ſum vidēdo beabitudine replea
mur. o clemēs. o Pia. o dulcis
Maria. o clemēs idigētibꝰ. pia
exorātibꝰ. dulcis diligētibꝰ. o cle
mēs penitētibus: pia ꝑficiētibꝰ.
dulcis cōtēplantibus. o clemenſ
liberando pia largiando ſtulcis
te donādo. o clemens cōſolādo
pia blādiēdo dulcis oſculando.
Clemēs es ſubiectis pia iā corre
ctis. dulcis predilectis. Amen.

Diui Bernardi abbatis ora-
tio diuina ⁊ deuotiſſima quā fe
cit quādo imago ſaluatoris ſo
lutis brachijs de cruce ample
xata eſt eum

Salue mundi ſalutare
ſalue ſalue ieſu chare
cruci tue me aptare
vellem vere tu ſis quare
preſta mihi copiam
Ac ſis ꝑſens ſic accedo

simo te presentem credo
o quam nudũ hic te certo
ecce tibi me prosterno
sis facilis aduenia m.
Clauos pedum plagas duras
⁊ tam graues impressuras
circũplector cum affectu
tuo pauens in aspectu
tuorum memor vulneruꝫ
Graues tante charitati
nos agamus vulnerati
o amator peccatorum
reparator confractorum
o dulcis pater pauperũ
Quicquid est in me cõfractum
dissipatum aut distractuꝫ
dulcis iesu totum sana
tu restaura: tu ꝯplana
tuo medicamine.
Te in tua cruce quero
prout quero corde mero
me saluabis hic vt spero
salua me ⁊ saluus ero
in tuo lauans sanguine.
Plagas tuas rubicundas
⁊ fixuras tam profundas
cordi meo fac inscribi
vt conficar totus vbi
te modis amans omnibus.
Quisquis huc ad te accessit
⁊ hos pedes corde pressit
eger: sanus hinc abscessit
hinc relinquens quicq̃d gessit
dans oculum vulneribus
Coram cruce procũbentẽ
hosq̃ pedes complectentem
iesu christe non me spernas
sed de cruce tua cernas
compassionis gratia
In hac cruce stans directe
vide me o mi dilecte
totum te ad me conuerte
esto sanus dic aperte
dimitto tibi omnia.

Oratio ad genua.

Salue salue rex sanctorum
spes votiua peccatorum
in hoc ligno tanq̃ reus
pendens ver⁹ homo deus
caducis nutans genibus.
O quã pauper o quã nudus
qualis es in cruce ludus:
diuersorũ iocus factus
sponte tamen non coactus
attritus membris omnibus
Sanguis tuus abũdanter
fusus fluit incessanter
totus lotus in cruore
stans imotus in dolore
precinctus vili tegmine
O maiestas infinita
o egestas inaudita
quis pro tanta charitate
queret te in veritate
dans sanguinem pro sanguine
Quid sum tibi respõsurus
actus nullus: corde durus
quid rependã amatori
qui pro me elegit mori
ne dupla morte morerer.
Amor tuus amor fortis
quem non vincũt iura mortis
o quam pia me sub cura
tua foues impessura
ne morsu mortis vulnerer
Ecce tuo pre amore
te complector cuꝫ rubore
me coapto diligenter
tu sis tamen euidenter
sed suffer ⁊ dissimula

Hoc ꝙ ago te non grauet
ſed me ſanet ⁊ me lauet
inquinatum ⁊ egrotum
ſanguis fluens hic per totum
ne ſuperſit macula.
In hac cruce te cruentum
⁊ diſtentum ⁊ contemptum
vt requiram me impelle
⁊ hic imple meum velle
Facturus quod deſidero
vt te queram mente pura
ſit hec mea prima cura
Nec eſt labor nec grauabor
ſed ſanabor ⁊ mundabor
cum te complexus fuero

Oratio ad manus

Salue ſalue ieſu bone
fatigatus in agone
qui per lignum es diſtractus
⁊ ad lignum es compactus
Expanſis ſanctis manibus
Manus ſancte vos aucte
roſis nouis adimplete
hos adramos dure iuncte
Et crudeli ferro puncte
tot guttis decurrentibus
Ecce fluit circunquaqꝫ
manu tua de vtraqꝫ
Sanguis tuus copioſe
rubicundus inſtar roſe
magne ſalutis pretium.
Manus clauis perforatas
⁊ cruore purpuratas
corde premo pre amore
ſitibundo bibens ore
cruoris ſtillicidium
O quam large te exponis
promptus malis atqꝫ bonis
trahis pigros. pios vocas
⁊ in tuis vlnis locas
Paratus gratis omnibus
Ecce tibi me preſento
vulnerato cruentato
ſemper egris miſereris
De me ergo ne graueris
qui preſto es amantibus.
In hac cruce ſic extenſus
in te meos trahe ſenſus
Meum poſſe velle ſcire
cruci tue fac ſeruire
te meis apta brachijs.
In tam alta caritate
Trahe me in veritate
propter crucem tuam almam
trahe me ad crucis palmaꝫ
dans finem meis vitijs.
Manus ſancte vox complector
⁊ gemendo condelector
grates ago plagis duris
clanis ſputis: gultis puris
Do lachrimas cū oſculis.
In cruore tuo lotū
me commendo tibi totū
tue ſancte manus iſte
Me defendat ieſu chriſte
in extremis periculis.

Oratio ad latus.

Salue ſalue ſūme bonus
ad parcendū nimis pronus
membra tua macilenta
quam acerba ſūt diſtenta
in ramo crucis torrida
Salue latus ſaluatoris
in quo latet mel dulcoris
in quo patet vis amoris
de quo ſcatet fons cruoris
Qui corda lauat ſordida
Ecce tibi appropinquo
nec te ieſu derelinquo
verecūda licet fronte

Tamen veni ad te ſponte
ſcrutari tua vulnera
Salue mittis apertura
de qua venit vena pura
porta patens ⁊ profunda
ſuper roſam rubicunda
medela ſalutifera
Odor tuus ſuper vinum
virus pellens ſerpentinum
potus tuus fructus vite
qui ſititis huc venite
te dulce vulnus aperi
Plaga rubens aperire
fac cor meum te ſentire
ſine me in te tranſire
vellem totus introire
pulſanti pande pauperi
Ore meo te contingo
in te meum cor intingo
te ardenter ad me ſtringo
⁊ ardenti corde lingo
me totum in te traiice
O quam dulcis ſapor iſte
qui te guſtat ieſu chriſte
tuo victus a dulcore
mori poſſet pre amore
te vnum amans vnice
In hac foſſa me reconde
infer meum cor profunde
vbi iacens incaleſcat
⁊ in pace requieſcat
ne prorſus quicq̄ timeat.
Hora mortis meus flatus
intret ieſu tuum latus
hic expirans in te vadat
ne hunc leo trux inuadat
ſed apud te permaneat
Oratio ad pectus
Salue ſalus mea deus
ieſu dulcis amor meus
ſalue pectus reuerendum
cum tremore contingendum
amoris domicilium.
Aue thronus trinitatis
arca late caritatis
firmamentum infirmitatis
pax ⁊ pauſa fatigatis
humilium triclinium:
Oratio ad cor
Sūmi regis cor aueto
Te ſaluto corde leto
te complecti me delectat
⁊ hoc meum cor affectat
vt ad te loquar tolercs
Quo amore vincebaris
quo dolore torquebaris
cum te totum exhaurires
vt te nobis impartires
vt nos a morte tolleres
O mors illa quam amara
quam immitis quam auara
que per cellam introiuit
in quā mundi vita viuit
te mordens cor dulciſſimum
Propter mortē quam tuliſti
cum pro me tu defeciſti
cordis mei cor dilectum
totum in te fer affectum
hoc eſt quod cupit plurimum
Per medullam cordis mei
peccatoris atq̄ rei
amor tuus transferatur
nec a te iam deferatur
quicunq̄ te complectitur
Dilatare aperire
tanq̄ roſa fragrans mire
cordi meo te coniunge
vnge illud ⁊ compunge
qui amat te qui patitur
Quid nā agat neſcit vere

nec se valet cohibere
nullum modum dat amori
multa morte vellet mori
amore quisquis vincitur.
Uite vas tibi proclamo
te dulci corde semper amo
ad cor meum inclinare
vt se possit applicare
deuoto tibi pectore.
Tuo viuat in amore
ne dormitet in torpore
ad te oret ad te ploret
te odoret te honoret
te fouens omni tepore.
Rosa cordis aperire
tuus odor fragrat mire
te dignare dilatare
fac ad te cor anhelare
vt que tibi sit vicinum
infer tuum infra sinum
vt vix seipsum capiat
Hic repauset hic moretur
ecce iam post te mouetur
te ardenter vult sentire
noli noli contrahire
debes ei consentire
vt bene de te sentiat.
Oro ad totum corpus
Salue iesu reuerende
in feruore requirende
maiestatem hic attende
accedentem me accende
precordiali gratia
Salue cuius dulcis vultus
immutatus et incultus
immutauit suum florem
totus versus in pallorem
quem celi tremit curia
Omnis rigor atque vigor
hinc abscessit non admiror
mors apparet in aspectu
totus pendens in defectu
attritus egra macie
Sic affectus sic despectus
propter me sic interfectus
peccatori sic indigno
cum amoris intersigno
appare datus hodie
In hac tua passione
me agnosce pastor bone
cuius sumpsi mel ex ore
haustum lactis cum dulcore
pre omnibus delicijs
Non me reum asperneris
nec indignum dedigneris
morte tibi iam vicina
caput tuum huic reclina
in meis pansa brachijs.
Tue sancte passioni.
me gauderem interponi
in hac cruce totus mori
presta crucis amatori
sub tua cruce moriar.
Morti tue tam amare
grates ago iesu chare
qui es presens pie deus
fac que petit tuus reus
vt absque te non finiar
Cum me mori est necesse
noli mihi tunc deesse
in horrenda mortis hora
veni veni absque mora
tuere me et libera
Cum me iubes emigrare
iesu bone tunc appare
o amator complectende
temetipsum tunc ostende
in cruce salutifera

Diui Bernardi abbatis hym-
nus deuotissimus. quem ad com-
munionem istituit decantari.

O iesus dulcis memoria.
dans vera cordis gaudia
sed super mel ⁊ omnia
eius dulcis presentia
Nil canitur suauius
auditur nil iocundius
nil cogitatur dulcius
q̄ iesus dei filius
Iesu spes penitentibus
q̄ pius es petentibus
q̄ bonus te querentibus
sed quid inuenientibus:
Iesu dulcedo cordium
fons viuus: lumen mentium
excedis omne gaudium
⁊ omne desiderium
Nec lingua valet dicere
nec littera exprimere
expertus potest noscere
quid sit iesum diligere
Iesum queram in lectulo
clauso cordis cubiculo
priuatim ⁊ in publico
queram amore sedulo
Cum Maria diluculo
iesum queram in tumulo
clamore cordis querulo
mente queram non oculo
Tumbam perfundam fletibus
locum replens gemitibus
iesu prouoluar pedibus
strictis herens amplexibus
Iesu rex admirabilis
⁊ triumphator nobilis
dulcedo ineffabilis
totus desiderabilis
Mane nobiscum domine
⁊ nos illustrate lumine
pulsa mentis caligiue
mundum reple dulcedine
Quando cor nostrum visitas
tum lucet ei veritas
mondi vilescit vanitas
⁊ intus feruet caritas
Amor iesu dulcissimus
⁊ vere suauissimus
plus milies gratissimus
q̄ dicere sufficimus
Hoc probat eius passio
hoc sanguinis effusio
per quam nobis redemptio
datur ⁊ dei visio
Iesum omnes cognoscite
amorem eius poscite
iesum ardenter querite
querendo inardescite
Sic amantem diligite
amoris vicem reddite
in hunc odorem currite
⁊ vota votis reddite
Iesu auctor clementie
totius spes leticie
dulcoris fons ⁊ gratie
vere cordis letitie
Iesu mi bone sentiam
tui dulcoris copiam
da mihi per presentiam
tuam videre gloriam
Cum digne loqui nequeam
de te tamen non sileam
amor facit vt audeam
cum solum de te gaudeam
Tua iesu dilectio
grata mentis refectio
replet sine fastidio
dans famem desiderio


Qui te gustant esuriunt
qui bibunt adhuc sitiunt
desiderare nesciunt
nisi iesum quem diligunt
Quem tuus amor ebriat
nouit quid iesus sapiat
q̃ felix est quem satiat
non est vltra ꝙ cupiat
Jesu decus angelicum
in aure dulce canticum
in ore mel mirificum
in corde nectar celicum
Desiderate milies
iesu mi quando venies
me letum quando facies
me de te quando saties
Amor tuus continuus
mihi langor assiduus
mihi iesu mellifluus
fructus vite perpetuus
Jesu summa benignitas
mira cordis iocunditas
incomprensa bonitas
tua me stringit charitas
Bonum mihi diligere
iesum non vltra querere
mihi prorsus deficere
vt illi queam viuere
O iesu mi dulcissime
spes spirantis anime
te querunt pie lachryme
⁊ clamor mentis intime
Quocunq̧ loco fuero
meum iesum desidero
q̃ lectus cum inuenero
q̃ felix cum tenuero
Tunc amplexus: tunc oscula
qui vincūt mellis pocula
tunc felix christi copula
sed in his parua morula
Jam ꝙ quesiui video
ꝙ concupiui teneo
amore iesu langueo
⁊ corde totus ardeo
Jesus cum sic diligitur
hic amor non extinguitur
non tepescit nec moritur
plus crescit ⁊ accenditur
Hic amor ardet dulciter
dulcescit mirabiliter
sapit delectabiliter
delectat ⁊ feliciter
Hic amor missus celitus
heret mihi medullitus
mentem intendit penitus
hoc delectatur spiritus
O beatum incendium
o ardens desiderium
o dulce refrigerium
amare dei filium
Jesu flos matris virginis
amor nostre dulcedinis
tibi laus honor numinis
regnum beatitudinis
Jesus sole serenior
⁊ balsamo suauior
omni dulcore dulcior
pre cunctis amabilior
Cuius gustus sic afficit
cuius dolor sic reficit
in quem mens mea deficit
solus amanti sufficit
Tu mentis delectatio
amoris consumatio
tu mea gloriatio
iesu mundi saluatio
Sequar quocunq̧ ieris
mihi tolli non poteris
cum meum cor abstuleris
iesu laus nostri generis

Dilecte mi reuertere
consors paterne dextere
hostem vicisti prospere
iam celi regno fruere
Celi ciues accurrite
portas vestras attollite
triumphatori dicite
salue iesu rex inclite
Rex virtutum: rex glorie
rex insignis victorie
iesu largitor gratie
honor celestis curie
Tu vere lumen patrie
tu fons misericordie
pelle nubem tristitie
nobis dans lucem glorie
Te celi chorus predicat
& tuas laudes replicat
iesus orbem letificat
& nos deo pacificat
Jesus in pace imperat
que omnem sensum superat
hunc mens mea desiderat
& illo frui properat
Jesus ad patrem rediit
celeste regnum subiit
cor meum a me transiit
post iesum simul abiit
Jam prosequamur laudibus
iesum hymnis & precibus
vt nos donet celestibus
cum ipso frui sedibus
Amen.

Ad lectorem.

h Abes lector candidissime in ꝑsenti volumine deuotissimi
diui Bernar. opuscula e diuersis bibliotecis studiosissime
collecta: q̃ quanto sint cuiq; vsui: ⁊ emolumẽto futura: pijs
ac deuotis mentib⁹ enarrare superuacuum est: indeuotis vo: ⁊ cu-
riosis dũtaxat nugis intendentib⁹ facile persuasum iri nõ credide-
rim. Sed de his nihil ad nos. Proponuntur. n. hec oĩb⁹: [illegible] vo
lingeruntur. Hoc tñ dixisse sufficiat. Quaz Quintilianus de Cice-
rone sñiam protulit: eam a nobis verius: ↄpetentiusq; de Bernar
do referri. Ut ille valde in deuotione profecisse noscatur: cui Ber.
valde placuerit. Sz h̃ hactenus. Ego cum id oĩno efficere instituis
sez: vt oĩa simul diui Ber. opuscula ĩ hac vrbe nr̃a ĩprimerent: ñ ↄ
stiti eq̃dem pro virili mea hincinde: q̃ poteraz oĩ cura aduehere: vt
cõmuni xp̃iane religionis saluti consulerez: multa tñ superesse arbi
troz: que non solum habita: sed ne agnita quidez sint mihi. Libellũ
vero de laude noue militie idcirco prescriptis non adiunxi: ꝙ eius
exemplar oĩno habere non potui. Hec autez opuscula vsq; ad expo
sitionem fere super Missus est: ita digessimus: vt idem pene seruet
ordo in legendis: quem a conuersione ad summum vsq; perfectio-
nis gradũ quẽlibet obseruare conueniat. Abinde autez citra euan
gelicas expositiões in suo quãlibet ordine subdidim⁹. Demũ librũ
de ↄsideratione ad Eugeniũ pon. maxi. in operis calce statuimus:
q; tardiuscule illius affuit nobis ⁊ exemplar. Que tñ scriptorũ di-
spositio: si cuiq; minus ↄpetẽs visa fuerit: exiguitati nostre obsecra
m⁹ ignosci. Qd̃ si forte aliqua. vt inerunt. errata litterã. vz. pro litte
ra: syllabã pro syllaba: raro autez dictionẽ pro dictione reperis: nõ
mihi solũ: qui ea nõ nisi humano: ⁊ hebeti oculo trãscurrere potui:
verum ẽt festinis. vt sunt semper ⁊ minus oculatis ip̃ssoribus ve-
niã dabis. Uale lector humanissime: ⁊ cũ dulcissimas tibi. ⁊ frequẽ
tes illas: vt assolet lachrymas ex intimis visceribus Barnardus eli
ciet: mei quoq; peccatoris non sis immemor.

Castigata sunt hec opera diui Bernardi Abbatis Clareuallẽsis
per venerabilẽ Monachũ dñm. P. de Brixia. Impressaq; per Si
monẽ Biuilaqua Papiensem Uenetijs: ad laudem omnipoten-
tis dei nec non ⁊ matris eius virginis marie. Quinetiam ⁊ diui
Bernardi. die. xvij. Octobris. M. cccclxxxxv.


BIBLIOTECA
XV
NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

